DE OROSII VITA

EIVSQVE

HISTORIARVM LIBRIS SEPTEM

ADVERSVS PAGANOS.

SCRIPSIT

THEODORVS DE MÖRNER

DOCTOR PHILOS.

BEROLINI, 1844.

SVMPTIBVS AVCTORIS.

VIRO ILLVSTRISSIMO

LEOPOLDO RANKIO

D. D. D.

AVCTOR.

PRAEFATIO.

Vix ullus veterum auctorum tantam auctoritatis suae vicissitudinem subiisse videtur, quam Orosius. Cuius nomen hodie raro tantum memoratur, post cuius historiarum editionem recentissimam plus centum praeteriere anni, idem erat quondam notissimus, celeberrimus.

Iam enim aequalis fere Prosper Aquitanicus in chronico (a. 396) virum eloquentem praedicat Orosium et historiarum cognitorem (conditorem al.) clarum. Eundemque virum laudat eruditissimum et historiographum, qui propius fortasse ad aetatem eius accedit, adeo eum novit ipsum, auctor libri de promissionibus et praedictionibus Dei. [1]). Idatius dein Hispanus, eiusdem circiter temporis chronographus, iam usus est Orosio in historiis condendis. Post Gennadius (de vir. ill. c. 39.) Prosperi fere elogiis usus eius meminit, et cui dicavit vel transmisit opusculum, Gelasius papa, de eodem Nostro hunc in modum disserit: „Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam adversus paganorum calumnias dignam ordinavit historiam, miraque brevitate contexuit." [2]) Notumque Orosium

1) In append. opp. Prosperi Aquit. ed. Paris. 1711. fol. p. II. c. 33. Col. 161. C. Liber antea eidem Prospero attributus a sene Africano quodam inter ann. 450 et 455 scriptus videtur. Cf. admonit. in libr. de praemiss. etc. p. 85 sqq.

2) In decreto de recipiendis et non recipiendis libris. Concil. stud. Labbei et Cossartii. Paris. 1671. fol. Tom. IV. Col. 1264. A.

et aliis tunc fuisse, auctarium praeterea chronici Prosperiani e codice vetustissimo indicat, quod temporum computationem illius adfert. [3]) — Saeculo sexto Marcellinus comes in chronico secundum Gennadium Nostri meminit; Cassiodorus „Orosius quoque, scribit, Christianorum temporum paganorumque collator, praesto vobis est, si eum volueritis legere“; [4]) et Iornandes Gothus saepius eum sequitur, Venantius autem Fortunatus laudes eius praedicat hisce versibus:

„Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscat,
Sive Augustinus fonte fluente rigat,
Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus,
Regula Caesarii linea nata sibi est.“ [5])

Idem quod Iornandes fecit postea Isidorus Hispalensis in originibus, saeculi septimi scriptor celeberrimus. Octavo deinde historiae miscellae conditor [6]) (Paulus diaconus?) plurima e Nostro sumpsit. Nono exstiterunt sectatores Freculfus Lexoviensis, qui duobus chronicorum tomis Orosii permulta inseruit, ubicunque ad eum recurrens, et Ado Viennensis. His autem plus Alfredus, Angliae rex clarissimus, historiarum translatione Anglosaxonica, in eius honorem et gloriam contulit. Neque Occidentalibus terris tantum claruisse Orosium, sed et Orientalibus, curiosissimum exstat saeculi decimi documentum. Circa annum enim 948 Romanus secundus imperator Abdolrahmano tertio, Chalifo Cordubensi, una cum Dioscoride Pedanio Orosii quoque exemplar dono misit; quod idem postea Cordubae videtur per Nicolaum monachum in linguam Arabicam versum esse. [7])

---

3) ap. Roncall. vetustior. Latinor. scriptt. chronica. Patavii 1787. 4. Tom. I. p. 723 — 724. cod. ille ipse saec. V vel VI adscribitur. Vid. Ronc. praef. p. XIX.

4) De institutione divinar. scripturar. c. 17. opp. ed. Brosseus. Col. Allobrog. 1656. 4. p. 467.

5) Carmin. lib. VIII, 1. „de nomine suo ad diversos“. ed. Brower. Mogunt. 1617. 4. p. 184.

6) Valde incertum eum esse haud ignotum: si Landulfum Sagacem auctorem opinamur, tum saec. XIV adscribenda hist. miscell.

7) Cf. Flügel s. v. Orosius in Ersch u. Gruber Encyclop. Sect. III. Tom. V. p. 514.

Nec per saecula sequentia, qui chronica vel consarcinarunt, vel condiderunt, Orosio aut uti, aut mentionem eius facere destiterunt. Sic Hermannus contractus, Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacensis; at qui vel Prosperum, vel Gennadium descripsere de Orosio. Item Ordericus Vitalis in historia ecclesiastica Nostrum se novisse testatur. Quantopere iam vel notiores repressisset scriptores, saeculi duodecimi testes citentur Otto Frisingensis (in chronico) et Iohannes Sarisberensis (in polycratico), qui eo libentius Orosii verbis et sensu uti se dicit, „quod Christianum et magni discipulum Augustini, propter religionem fidei nostrae, veritati diligentius institisse“ sciat. [8]) Eiusdem praeterea saeculi auctor Richardus de S. Victore in libro excerptorum varie descripsisse videtur Orosium, [9]) eodemque saepius usus est Godofredus Viterbiensis. [10]) De tertio decimo saeculo commemorare sufficiat prae caeteris Nostri asseclam Vincentium Bellovacensem; neque vero Martinum Polonum, neque Engelbertum omittam, abbatem Admontensem. [11]) Notum praeterea inveni Nostrum decimi quarti scriptoribus Gobelino Personae (in cosmodromio), ac Iacobo Twinger a Königshoven. [12]) Denique qui anno 1430 obiit, M. Theodoricum Engelhusium nominem, in chronici chronicorum exordio, ad Orosium fontem se recurrisse profitentem. [13]).

---

8) Polycr. sive de nugis curialium et vestigiis philosophor. libr. VIII. etc. Lugd. Bat. 1639. 8. l. VIII, 18. p. 640.

9) Cf. Vinc. Bellov. specul. hist. VII, 35.

10) Qui tamen ubi adeo ipsis Orosii verbis uti se asserit, textum Nostri immutasse et saepius sibi exornasse nobis videtur.

11) qui in specul. virtut. ms. pedissequus Orosii ap. Barth. advers. XXXVI, c. 17. laudari dicitur.

12) Cf. Schilter: anm. 2. §. 2. p. 453. edit. suae.

13) Admoneam tamen, me non nisi celebritatem operis Orosiani et nominis demonstrare voluisse. Nam auctorum, quos laudavimus, nec vere usi sunt Nostro omnes, nec qui utebantur, una semper eademque ratione eum adsciverunt. Quod ubi sic factum est, ut apud Freculfum, Ottonem Frisingensem et Vincentium Bellovacensem, facile sane animadverti potest; difficilius quidem apud alios, quibus ipso non nominato Orosio, semper saltem eosdem atque illi fuisse colligi potest fontes, quum Iustinus praesertim et Eusebius aeque ac Noster notissimi fue-

Porro codicum manuscriptorum, inde a remotissimis temporibus usque ad inventam artem typographicam, multitudo imprimis historiarum, atque ex iisdem sive vere excerptorum, sive sub Orosii nomine propagatorum (Latinorum aeque ac Gallicorum), Nostri auctoritatem et, ut ita dicam, magnam per saecula popularitatem satis demonstrat. [14]) Dein ab anno 1471 usque ad 1738 viginti sex editiones impressae. [15]) Iis-

---

rint per saecula. Nec est, cur miremur, si Orosium in iis potissimum rebus ascitum videmus, in quibus Iustinum secutus est: ille quidem Christianus, hic paganus; an compendiosiora etiam voluerint?

Praeterea vix dubium, quin alii alios praeter supra laudatos afferant scriptores, Nostrum aut vere aut verisimiliter sequentes, citantes. Quosdam, ut Bedam Venerabilem, ex causis modo allatis omisi.

14) Cf. Montfaucon. bibl. bibliothecar. Ni fallor Vaticana sola quindecim possidet codd. historiar. et alterum antiquissimum bibl. Basilicae S. Petri Romae. In caeteris insuper Italiae et Galliarum imprimis bibliothecis quadraginta ferme alios enotavit Montfauconius. Lugdunenses quinque et Ultraiectinum Havercampii non novit, item quem Bayer (ap. Nic. Anton. bibl. Hisp. vet. I. p. 240. not. 2. ed. nov.) memorat Escurialensem (saec. XV), ac verisimiliter plures alios, qui ab editoribus Orosii, sive qui instituebant editiones, perhibentur, ut a Bolsuingio (1526, duo) Clerico (ms. Genevens. et al.), Moshemio (tres ap. Harles. p. 676.). Parisiis in bibl. tantum regia XII codd. Orosii asservari scribit St. Croix (ex. crit. des hist. d'Al. le Gr. p. 121. not. 5.), praeter quos Beck (dissert. etc.) St. Genovevae cod. Parisiis vidit. Grubitz (em. Oros.) Portensem indicavit. Nec dubium, quin et aliae impr. Germanicae bibliothecae plures contineant adhuc codd. Nostri, quos prae aliis, propter deficientes catalogos, me perlustrare non potuisse, valde doleo.

15) Cf. Schönemann. bibl. patr. II. p. 488—502. qui XXIV editt. recenset, quae, praeter duas numero anni carentes, verisimiliter autem saec. XV adhuc divulgatas, hisce prodierunt annis: 1471, 1483, 1484, 1499, 1500, 1506, 1510, 1517, 1524, 1526, 1536, 1561, 1574, 1582, 1583, 1589, 1615, 1618, 1639, 1663, 1677, 1738. Prima Germanica, ultima Batava est; quae anni 1767 notam prae se fert ed. Havercamp. (altera), eadem est atque illa anni 1738, renovato tantum titulo. Omisit tamen Schönemann Orosium in Ioh. P. a Vorburg hist. Romano-Germanicae Tom. III. p. 491 sqq. Francof. 1650. fol. (cf. Fabric. bibl. lat. p. III. p. 536.) et in Gallandi bibl. pp. Tom. IX. editum.

De translationib. Orosii cf. Schönemann l. l. p. 503 sqq. Fabric. bibl. lat. l. l. et Nic. Anton. bibl. Hisp. vet. Tom. I. p. 182 vet. 243 nov. ed. (§. 17.)

demque fere diebus in linguas quoque Germanicam, Italicam, Gallicam, Hispanam vertebatur, quarum translationum tres quidem priores partim iterum iterumque prelo subiiciebantur. Denique et doctorum de Orosii patria imprimis dissensiones, et plurium hac de re scripta, nos non oportet praetermittere, quum etiam inde de scriptoris pondere iuste argumentari liceat.

At inde per saeculum auctoritas scriptoris, adeo fere ipse evanuit. Interrogandum igitur, qui sit factum, ut ad tantum evectus fastigium paene oblivioni daretur?

Mediocri tantum ingenio praeditus, qualis quantusque factus est Orosius, non sibi, sed conditioni debet temporum. Maximi enim erat momenti Nostro, quod rebus nascentibus novis aequalis, inscius fere nec proprio motu in moliendis iis, vel potius conficiendis operatus est; quod opus suum apologetico-historicum ipso extremarum paganorum contra religionem Christianam contentionum tempore, ut ederet, evocatus est; quod eo pro parte iam fere dominante mox ubique victrice pugnavit. Nec segregandi dein apologiae auctor et scriptor historiarum in opere Orosiano. Nam qui compendioso volumine dedit, quae tempus efflagitaret, alioquin rebus commotissimum praesentibus, nec quod nisi leviter tantum praeterita amplecteretur, ita ut minores illos historiae Romanae scriptores excitaret, iisque maxime faveret, maiores negligeret; is quum una quoque religionem modo catholicam defendere tentasset, in utramque partem utilitati quodammodo inserviens, et paganos et Christianos sibi devinxit. Si solum apologeticum Christianorum contra paganos, in modum Tertulliani, Minucii Felicis, Cypriani, Arnobii, Ambrosii, aliorum scripsisset, praecedentibus his et Augustino, vir, ut dixi, mediocris tantum ingenii, minore procul dubio fructus esset successu. At quum Christianus historiam conderet universalem quandam, inque ea apologiam Christianorum, quales nondum exstarent ac desiderarentur, fieri non poterat, ut auctoritatis fundamenta non iaceret longum in tempus. Re igitur vera momentum magnum Christianorum Christianus idem defensor et historiographus erat, quem quod Augustini fuit discipulus iam apud

aequales fere, maxime autem apud posteros iuvisse videtur, qui lubenter adeo, quod nonnnisi multarum complexus effecerat rerum, unius imputarent merito; cuiusmodi exempla supra vidimus. [16]). Et quae auctoritatis nascentis exstiterant causae, eaedem quoque servatae in posterum fuere. Igitur non mirandum arte typographica nuper inventa imprimis Orosio quoque edendo et divulgando impensam esse curam, auctori illi tam celebri et tot iam manuscriptis noto codicibus. Et si iisdem fere diebus denuo revixerant veterum studia, Nostro sane minantia, tamen novis illis veteribus nimis adhuc laetabantur et parum quodammodo insistebant arti criticae viri docti, quam ut tunc iam Noster reiiceretur. Credendum potius, causas illas existimationis Nostri non solum efficaces fuisse adhuc, sed etiam mutatis, auctis et facilioribus redditis literarum studiis adeo viribus instructas recentibus valuisse ad favorem Orosii, cui per saecula vetustas sane novum addidisset momentum. Ideoque editiones a prima inde, brevi temporum spatio intermisso, sese excipiebant ad annum usque 1677; at tum post annos demum sexaginta et unum (1738) novissima Havercampii prodiit, ubi iam aperte imminutam videmus scriptoris celebritatem, quod quidem celerius factum videtur. Quum enim in dies crescerent veterum studia, et viri docti cura non cessante perscrutarentur antiqua monumenta, atque compendiis historiarum missis a tot tantisque veterum scriptorum voluminibus non refugerent legendis investigandisque, quo uberius desiderata iis contigerunt, eo citius a Nostro recederent, necesse erat. Accedit quod tempora, ubi in minima sane et ultima historiarum suarum parte Orosium fontem colimus, minus fortasse observarent; vel si observabant, minora tamen haec viderentur, quam ut propterea inter classicos ei locum concederent; ne quid dicam de stilo aliisque huiuscemodi impedimentis. Nec minus qua ductus ratione fontes suos tractaverit descripseritque Orosius, passim intellexere, neque errores varios, saepius illos apertissimos in-

16) Quibus adiicias Sixt. Senensem, qui maxime iisdem ex causis Nostrum videtur laudare.

ventuque facillimos, non animadverterunt, ita ut nec deessent viri illustres, qui vituperarent Nostrum, adeo convicia ei ingererent. Nec multum aberat, quin quae plurimum in gloriam Nostri contulerant, auctoritatem eiusdem fere delerent, quum Christianum nonnulla scienter invertisse (vel ex arbitrio omisisse), sicuti finxisse quaedam invenissent. Erant quidem, praecipue editores, [17]) qui Orosii laudes praedicarent, at eos obmutescere oportuit, quum vituperia mendis factisque non negandis niterentur, et a clarissimis quibusque viris, Lipsio, Baronio, Casaubono, Scaligero, aliis, vehementissime autem a Sigonio pronunciarentur. [18]) Hoc modo exutus auctoritate Orosius, non amplius eam recuperare potuit, quum et qui iustius clementiusque de eo iudicavere viri clari et illustres, [19]) tamen mendas confiterentur, neque audirentur prae vituperatoribus. Vetustatis nimbus aeque evanuerat in Orosio, homine sane novo contra Livios, Sallustios, Caesares, Tacitos. Statum quoddam iudicium, ut saepe fit de personis earumque rebus gestis et scriptis, exstiterat, quod posteriores semper a superioribus, mutata nonnihil forma, accepere, minime solliciti, num bene fundatum sit, an male, an etiam aliud possit esse. At qualis praeteritorum temporum ars critica, inhaerens fere tota rebus singulis, ne dicam minutiis, prope nusquam ad sum-

---

17) Cf. ex gr. dedicatt. Ludovici Thiboust, Caesarii, Bolsuingii et Fabricii Marcodurani, praemissas edit. Haverc.

18) Lipsius ad Tacit. pll. ll. — Baron. in annal. — Casaubon. de reb. sacris et eccles. ad Baronii prolegom. in annal. etc. exercitt. I. c. 12. p. 70. ed. Francof. 1615. 4. nimiae credulitatis Nostrum arguit et ignorantiae aliquando mirificae in reb. Roman. (cf. et eiusdem in eund. libr. proleg. p. ** 48.), praeterea et laudes Orosio concedit. — Scaliger ad Eusebium plurib. loc., quamvis (canon. isagogicor. l. III. p. 323. et in Euseb. p. 64.) Orosium „auctorem alioquin valde bonum“ et „utilem alioquin auctorem et valde necessarium“ nominet. — C. Sigonius: iudic. de historic. qui res Rom. scripserunt c. 31. „P. Orosius, indignus historici nomine“ etc. — Collectiones iudicior. huc pertinentium habes ap. Pope-Blount, libr. infra laudando et ap. Funcc. de veg. lat. ling. senect. §. 87.

19) G. Vossius ex. gr. adeoque Scaliger, qui Nostri in hist. Rom. pretium sensisse videtur, at cuius laudes minus apertae quam vituperia.

mas rerum, totiusque operis conspectum procedens, talia quoque iudicia ex illa orta. Sed nec singula, neque universalia aut de re, aut de persona possunt praebere iudicium: hodieque deest, qui iustam, ubique causis innitentem de Orosio tulerit sententiam. [20])

Cuius congerere elementa primum intendebam, dein demonstrare, qui inde rectum possit fieri iudicium de scriptore. Quae ut exsequerer, quum in fontes eius praecipue inquirendum esse viderem, coactus plura iam alia ad partes vocare, qui nonnisi de fontibus et auctoritate Orosii scribere mihi proposueram, mox de vita, scriptis et doctrina Orosii disserere conatus sum. At quum aggrederer res huc pertinentes et colligerem, atque argumenta segregarem, necesse esse mox intellexi, propter opusculi partes in diversissimas, difficillimas, a capite operis alienissimas abirem disquisitiones. Itaque analysin commonitorii et apologetici contra Pelagium iam inchoatam, atque hac et quaestionibus historico-ecclesiasticis et dogmaticis fultam expositionem doctrinae Nostri cessi alii; praesertim quum ab hisce minus videretur exspectandum et equidem, paulo post longum in tempus destitutus omnibus ferme literarum subsidiis, vix aptum quid, ne dicam omnibus numeris absolutum, composuissem. Mihi potius prae caeteris „historiarum“ originem, argumenta et formam, praesertim autem illarum fontes investigandos esse censebam, quum nisi his omnibus accuratissime excussis, quanti et singula ab Orosio nobis relicta et totum historiarum opus sint aestimanda, iuste et recte perspici non posse intelligerem, nec quidquam rerum istarum praestitum viderem. Permagnum sane volumen erat rerum perscrutandarum, maius fere earum, quae ad partes erant vocandae. Ubicunque autem primum inveniendo Oro-

20) Quod plus minus de omnibus, et quos nominavi et quos omisi, statui debet. Neque Heynii de nostro iudicium (opusc. Academ. VI. p. 130.) collaudem, quum philologi potius sit quam historici. — Axioma illud post Niebuhrium saepissime iteratum, necesse esse historicus etiam sit philologus, maiore propemodum iure inverti potest, necesse esse philologus sit historicus.

sii fonti vero studui, sive superstes sit sive deperditus; dein operam dedi conferendis rerum et factorum fontibus hodie principalibus, ut inde vera Nostri et falsa, conscia et inscia, communia cum illis et discedentia ab iisdem eruerem, praesertim autem ab Orosio solo reservata fidemque eorum aperirem. Ubi quum facile fuisset, plurimos laudare scriptores, tamen paucis exemtis, qui necessarii viderentur mihi, omnes omisi, quapropter quidem ne credat quis, me alios nec legisse, neque inspexisse. In enotandis vero iis, quae ab Orosio solo reservata censeam, quamvis caute et circumspecte egerim, tamen profiteor fieri potuisse, ut in tanta mole rerum non tam quid me subterfugerit, quam ut apud Nostrum solum exstare annotaverim quaedam, quae fortasse et iam alias inveniantur. [21]) Praeterea non potui non permulta significare tantum et asserere potius quam exponere et demonstrare, quae commentarios sane amplissimos saepissime, ac totum fere historiarum textum opusculo subiunctum exegissent. Nusquam autem sine idonea causa aut consideratione accuratissima quidquam dixerim.

Dein non solum non alienum a proposito, neque modo utile, sed necessarium etiam videbatur, auctoris praemittere vitam. In qua scribenda aeque fontes ubique secutus, auctorum recentiorum nonnisi eminentissimos, sive quos propter hanc illamve causam commemorandos opinatus sum, laudavi. Plurimi brevius vel longius data occasione de vita, persona ac scriptis Nostri disseruere. Quorum, quum apud recentissimos adhuc et in compendiis historiae literariae citentur, quousque adire ipsos vel nomina eorum comperire potuerim, indicem brevemque censuram subiungam. In quo hoc animadvertas velim, quo primum prodierint ordine eo quoque illos se excipere, quoniam, paucis exceptis, fere semper prioribus usi sunt posteriores, si non plane descripserunt antecessores. Mirum enim in modum etiam viri clari de rebus scripserunt, alter adeo alterum vituperarunt propter

21) Eo usque tantum veniunt in conspectum scriptores alii, quatenus antecesserunt Orosium et hodie fontes rei cuiusdam adhibentur.

hanc vel illam mendam in istis commissam, quas fere nec legerant nec viderant. Qualia saepius in pluribus modo laudandis obvia. Ubi editionem quidem libri cuiuspiam posteriorem ad manus habui, tamen nomen scriptoris suo loco inserui, ut inde possit intelligi, a quo tempore in aliorum notitiam auctor coeperit transire: id quod praecipue inde a saeculo septimo decimo factum est.

Gennadius: de vir. illustr. c. 39. (ex edit. et c. scholiis Auberti Miraei. Antw. 1639. fol.) ut dictum est, ab Prosperi Aquitanici elogiis in chronico incipiens, breviter de historiis et persona Orosii disserit; plurimorum, qui post eum Nostri meminere, fons et fundamentum.

Honorius Augustodunensis lib. II. c. 39. (ibid.) Gennadium excerpsit.

Trithemius: de scriptt. eccl. c. 121. (in Fabric. bibl. eccl. Hamb. 1718. fol. p. 40.) copiosior quodammodo quam Gennadius, cuius quidem verba recognoscis, primus catalogum scriptorum Nostri adiecit, in quo itidem auctorum sequentium fons, perperam vero „in cantica canticor. lib. I.“ Orosio adscribit.

Raph. Volaterranus: commentarior. urbanor. XXXVIII libri. Basil. 1544. fol. lib. XVIII p. 206. Gennadium ipse laudat. Propria quaedam de Orosii morte etc. prodit, de quib. cf. vitam Nostri sub fin.

Garibay: los XL libros del compendio historial de las chronicas y universal historia de todos los reynos de España etc. Anveres 1571. lib. VII. c. 57. Tom. I. p. 279. Refert breviter, impr. sec. Gennadium.

Sixtus Senensis: bibl. sancta, ex praecipuis cathol. eccles. authorib. collecta et in octo libr. duob. tom. complexos digesta ad sanctiss. Pium V pont. max. ed. sec. Colon. 1576. fol.

Libr. IV. p. 310. ex Trithem. impr., quem inter fontes huius libri p. 203. ipse laudat. Orosium non vidit; scriptor. nonnisi falsum in cant. canticor. librum commemorat.

Valer. Andreas: catalog. claror. Hispaniae scriptor., qui latino disciplinas omnes humanitatis, iurisprudentiae, philos., med. ac theol. illustrando etiam trans Pyrenaeos evulgati sunt. Nunc prim. ex omnib. nundinar. catt. ac bibll. diligenter coll. op. et stud. etc. Mogunt. 1607. 4. p. 90 et 91.

Trithemium, quem in praef. laudat, excerpsit. adiect. notitt. literar.

Baronii annales eccles. vid. infra.

Antonius Possevinus: apparatus sacer etc. Col. Agripp. 1608. fol. Tom. II. p. 229. Gennadium totum inseruit; plura mendosa adiecit, Nostrum historias ad annum usque 421 pertexuisse scribens, ex apologetico duos diversos faciens libros. Praeterea sec. Baron. vituperat Nostrum.

(Eiusdem bibl. select. de ratione studior. etc. non vidi.)

Frey Bernardo de Britto: segunda parte da monarchia Lusitana. Lisboa: 1609 fol. liv. VI. c. 27. de patria et persona Orosii disserit, quem quidem in modum, vid. inf. in vita Orosii not. 2.

A. Schott: bibl. Hisp. saepius laudat. non vidi. Quod exemplar Orosii antecedit, pauca de eo et falsa quaedam videtur continere. (conf. Bayle dict.)

Neque in eiusdem edit. Nostri (Mogunt. 1615. 8.) exspectes aliquid de Orosii vita etc. Aeque in editt. historiar. caeteris, quousque eas conspicere mihi licuit, sive nihil memoratu dignum, sive falsa tantum inveni: pluribus Gennad. l. l. adiectus est.

Aub. Miraeus: in scholiis ad Gennad. libr. supra laud.

G. I. Vossius: historiae de controversiis, quas Pelagius eiusque reliquiae moverunt, libr. VII. — Lib. I. c. 17. Tom. VI. opp. Amstel. 1701. fol. p. 573.

Idem: de hist. Lat. lib. II. c. 14. Tom. IV. opp. Amstel. 1699. fol. p. 69. — Vir utique laude dignissimus, acerrimi ingenii, quem qui post hac de Orosio scripsere, secuti excerpserunt, saepius etiam descripserunt.

Robert. Bellarminus: de scriptt. eccles. lib. unus etc. c. append. philol. et chronol. Ph. Labbé. Paris 1658. 8. p. 190. — Brevissima de Nostro notitia.

Philipp. Labbé: de scriptt. eccl. quos attigit eminentiss. S. R. E. Card. Rob. Bellarm. philol. et historic. dissert. etc. Paris. 1660. 8.

Tom. II. p. 174—176. Gennadium recognoscimus et Trithemium; praeterea recentior. plures ad partes vocat, quosdam obelo figit.

Garnerius: (1673) in dissertatt. ad hist. Pelag. pertinentt. Tom. XII opp. Augustini ed. Antwerp. — Plura de vita et scriptt. Orosii attulit. Vid. inf. in vita auctoris.

Vita Augustini editioni opp. ei. Benedict. adiecta.

Huic et Orosii vitae accurata et locuples enarratio quodammodo inserta. Habes eam l. l. VII. c. 8; 2 (—5) c. 9; 1 impr. c. 10; l. 2 (6.) c. 11; l. ed. Antw. Tom. XI. Col. 274—282.

Eadem fere eodemque modo confecta leguntur in praef. ad Tom. X. opp. Aug. ed. Bened. (Antw.) no. 9—12. p. 11—17.

Sed quae insunt hisce duob. in opp. Augustinum magis quam Nostrum respiciunt. Similia sine dubio, quae in Rivii vit. August. ex eius opp. concinn. Antw. 1646. 4. ad Nostrum spectantia legi traduntur (ap. Nic. Anton.).

D. G. Moller: dissertatio de Paulo Orosio. Altorf. 1689. 4. quam mihi parare frustra conatus sum. Weissius in biogr. univers. minime vitiis carere eam, Fabricium tamen in bibl. lat. inde plura mutuatum esse dicit.

L. Ellies Dupin: nov. bibl. auctor. eccl. Paris. 1692. sqq. 4. Tom. III. p. 286—287. edit. Gallic. Tom. III. p. 156.

Orosium ab Augustino a. 405, ut in edit. lat., ad Hieronymum

missum esse, error typographicus videtur, quum in Gallica ed. recte 415 legatur. Quae quod attinet Orosium obiiciuntur mendae Dupinio a Labbeo et aliis, ni fortasse al. (in illius hist. eccles.?) exstent, hic quidem desiderantur. cf. inf. not. 10. ad vit. Orosii. Num crediderit Dupin, Orosium historias a Chr. nato scripsisse, ut Baylius eum arguit, sane in dubium adhuc vocari potest.

Thomas Pope-Blount: censura celebrior. author., in quo varia viror. doctor. de clariss. cuiusque saeculi scriptt. iudicia traduntur etc. ed. nov. Genevae 1696. 4. p. 290—292.

Iam titulus operis, quae praebeantur, satis significat. Collectionem enim habes iudiciorum satis copiosam, ex qua cum aliis insuper collata, quantopere etiam in iudiciis viror. doctor. alter transscripserit alterum, et quam parum vulgo etiam in talibus credendum sit iudicibus, intelligere licet.

Nicol. Antonius: bibl. Hispana vetus. lib. III. c. 1. ed. vet. Romae 1696. fol. Tom. I. p 178 — 186. ed. nov. Bayerii Matriti 1788. Tom. I. p. 235—246. Praeterea Nic. Antonii bibl. editt. vet. et nova verborum quidem contextu non differunt; Bayerius tantummodo nonnullas adiecit notulas.

Hunc prae ceteris, sive vetustioribus sive recentioribus, laudibus efferre iustum est, quum in Nostri patriam, personam et scripta diligentissime, ante omnia vero in Bivarii asseclarumque fraudes fere unicus acerrime inquisiverit. Citantur ab hoc plures Hispani et Lusitani, quorum minima modo minimi momenti pars in conspectum meum venit (vid. inf. de Orosii vit. not. 2,); num maioris sint, quos consequi equidem non potui, videant alii. Nam hi fere esse videntur:

Laurent. de Padilla: catal. de los Santos de España. Toleti 1538. fol. (?) sive Franc. de Padilla: hist. eccl. de Esp. Malag. 1605. 2 tom. (?) — Lud. Pons de Icart: de las grandezas y cosas memorables de la metropolit. ciud. de Tarragona. Leridae 1572. 8. — Ambros. de Morales: coronic. general de Esp. etc. Compluti 1574 seq. 3 tom. fol. — Hier. Pujades: coron. univ. del principado de Catalunya. Barcin. 1609. fol. — F. I. Marquez: origen de los padres ermitaños de S. August. y su verdadera institucion antes del gr. concil. Lateranens. Salmantic. 1618. fol. (in ling. italic. vers. per Innoc. Plampin. Taurin. 1620.) — Roderic. da Cunha (d'Acuña): hist. eccl. de Braga com as vidas de seus arcebisp. e varon. sant. e eminent. de arcebispado. Braccar. 1634 sq. 2 tom. — Anton. a Purificatione: theatr. triumphal. provinc. Lusitaniae ord. eremitar. S. August. 1634, etiam sub titulo: chron. da antiquiss. provinc. de Portugal da ordem dos eremit. de S. Agostinho. pr. p. Olisipon. 1642. fol. (chronol. monastic. Lusitana? — de vir. illustr. provinc. Portugalliae eremitar. S. Augustini tractatus? — Martirol. monastic. Lusitan.?) — Thom. Herrera: alphabet. Augustinian., in quo praeclara eremitici ord. germina, virorumque et feminar. domicil. recensentur. Matrit. 1644. fol.

— Georg. Cardoso: agiologio Lusitano dos sanct. e varones ilustr. em virtude do reino de Port. e suas conquistas. Olisip. 1652—1666. 3 tom. fol. — G. Ivañez de Segovia (marchio Mondexarens.): disertaciones eccles. por el honor de los antig. tutelares contra las ficcion. modernas. Caesaraugust. 1691. fol. — Ph. La Gandara: el cisne occidental, que canta las palmas y triunfos ecles. de Galicia. 1677. 2 tom. — G. Estazo: varias antiguedad. de Portugal.

Titulos fere omnes vix consignatos ap. Nic. Ant. l. l. ex eiusdem bibl. Hisp. nov. subiunxi. Nec magis vidi, quod ille laudat: chronicon (historiar. omnium repercussiones) Iacobi Phil. Bergomatis (nat. 1434, mort. 1520). Cf. etiam nott. 2 et 10 ad vit. Oros.

Baronius: annal. eccles. cum critice Pagii. ad ann. 414—417. Tom. VII. Lucae 1741. fol. plurim. loc.

Insignem, ut constat, actor. eccles. collectionem continent, ad quam nos quoque iterum iterumque recurremus. Cf. inf.

Henric. de Noris: hist. Pelagiana et diss. de synodo V oecumenica, in qua Originis et Theodori Mopsuesteni Pelagiani erroris auctor. iusta damnatio exponitur et Aquileiens. schisma describitur etc. Ed. nov. ab ipso auct. nunc plurim. locupletat. V eruditiss. dissertt. hist. Lovanii 1702. fol.

Lib. I. c. 7. p. 28 sqq. Cf. not. 34. ad vit. Orosii.

Tillemont: mém. pour servir à l'hist. eccl. de six prem. siècles. (saepius laudatur. Ad Nostrum spectantia Tom. XIII. p. 698. exstare dicuntur, quae equidem tamen non sum consequutus, quum bibl. reg. Vratisl. nonnisi priores operis partes possidere videatur.)

Fabricius: bibll. Latt. vid. inf.

Remi Ceillier: hist. générale des auteurs sacrés et ecclés. Paris. 1723 sqq. 4. Tom. XIV. p. 1. non vidi.

Moréri: dictionn. historique. a Baylio laud. parare mihi non potui.

Bayle: dictionn. hist. et critique. 5ème ed. revue, corrigée et augmentée, av. la vie de l'aut. par Mr. de Maizeaux. Amsterd. 1740. fol. Tom. III. p. 547 sq.

Ex indole operis sui tantum mendas antecessor. redarguit, vel potius ab aliis redargutas collegit nonnullas.

Guil. Cave: scriptor. eccl. hist. literar. a Chr. nat. usque ad saec. XIV etc. etc., ed. noviss. ab auct. ipsomet ante obit. recogn. et auctior facta. Basil. 1741. fol. Tom. I. p. 393 sq.

I. N. Funccius: de veg. lat. ling. senect. Marburg. 1744. 4. VIII. §. 83—91. p. 812—826.

Diligens satis accurataque collectio omnium fere, quae a priorib. ad auctoris usque tempus de Orosio et ad eum pertinenb. erant dicta, hodieque non inutilis.

I. A. Fabricius: bibl. Lat. med. et inf. aetatis c. supplem. Chr. Schötgenii ed. Mansi etc. Patavii 1754. 4. Tom. V. p. 174—178.

Idem: bibl. Lat. Hamburg. 1721 sq. 8. I. p. 736 sq. III. p. 535 sqq.

Idem: bibl. eccl. vid. supra.

Item a posteriorib: saepe ascitus, quum imprimis ab eo editt. catalogi et nott. literar. copiosiores inceperint.

(Eiusdem „de verit. Christ. relig." c. 5. §. 13. p. 249. a Caveo laud. non vidi.)

Hamberger: zuverlässige Nachrichten v. d. vornehmsten Schriftstellern v. Anf. d. Welt bis 1500. Lemgo 1760. 8. Tom III. p. 59—65.

Chr. Saxe: onomastic. literar. etc. Traiect. ad Rh. 1775. 8. ad an. Chr. 417. Tom. I. p. 483 sq.

Unde petenda sint, si qua scire velis de Orosio, breviter indicat.

Theoph. Chr. Harles: brevior notitia literaturae Rom. impr. scriptor. lat. Lips. 1789—1801. 8. Tom. I. §. 67. p. 672—676. Tom. III. (suppl. II.) p. 318. Nil fere nisi nott. literar.

Jöcher: Gelehrtenlexic. et al. huiuscemodi opp.

Vera cum falsis, accurata cum minus accuratis.

Car. Traug. Schönemann: bibl. historico-literaria Patrum latinor. a Tertull. principe usque ad Gregor. M. et Isidor. Hispal. ad bibl. Fabricii lat. accommodata. Lips. 1794. 8. Tom. II. c. 5; 10. p. 481—507.

Maxime laudanda propter accuratissimos et ad hoc tempus locupletiss. alior. et Nostri editionum indices.

St. Croix: exam. critique des hist. d'Alex. le Gr. éd. seconde Paris 1804. 4. p. 121 sqq.

Quousque sine accurata auctoris cognitione de toto eius habitu diiudicare possimus, omnium fere locupletissimum, sicuti iustum et clementer laude digna Nostro concedens iudicium. E quo inter alia haec enotem (p. 124.) „Son ouvrage" inquit „fort lu autrefois, est tombé depuis long-temps dans une sorte d'oubli. Il ne mérite pas, à bien des égards, surtout si l'on considère, qu'il a vraisemblablement fourni à Bossuet l'idée de son immortel discours sur l'histoire universelle." Praeterea longe abest, ut vere studio scriptoris fulciatur sententia, quod si non multis ex aliis, sane ex hisce eluceat (p. 122.) „ils sont tirés (les livres d'Orose sc.) de Justin à l'exception du dernier"! Quod minime mirandum, quum fere unice historiam respiceret Alexandri magni.

Weiſs: Orosius in: biographie universelle. Tom. XXXII. p. 164—166. brevis atque accurata expositio. Error tantum typographicus videtur, si p. 165. Col. 2. legitur „l'histoire de P. Orose finit à l'année 316."

Cölln: Orosius in Ersch u. Gruber allgem. Encyclop. der Wissenschaften u. Künste. Sect. III. Th. 5. p. 510 sqq.

Vir alias doctissimus, clarissimus non ubique accuratissime Nostrum eiusque scripta investigaverit.

G. F. H. Beck: dissert. inaugural. de Orosii historici fontib. et

auctoritate (et altera de Antonii Raudensis aliquo opere inedito, c. Hilarii carmine in Natalem Machabaeor. matris). Marburg. Hassor. 1832. 8.

Levissima sane, vix dissertationis nomine digna disquisitio, non totis novem paginis rem difficilem absolvens, quarum praeterea magna parte non nisi loci communes continentur.

[Walch: bibl. patristica. ed. nov. Danzii. Ienae 1834. 8. al. in loc. — notitt. literar.]

Ernest. Grubitz: emendatt. Orosianae e cod. Portensi aliisque fontib. ductae. Numburgi 1835. 4. (Programma scholae Portensis.)

Quamvis nil nisi singula adferat, tamen laude et gratia digna collectio, quae non solum quantopere in edit. adhuc Havercampiana corruptus sit Orosii textus demonstrat, verum etiam multis locis medicinam suppeditat.

Sunt autem in recensitis nomina plurium, qui Orosii aut ad eundem pertinentium meminere; quorum partem et in opusculo nostro invenies suis in locis, partem non conspexi, partem denique vidi quidem, sed inutilem ratus de industria non adduxi. Praeterea per saecula vix possim enumerare omnes, qui vel commemorarint Orosium, vel prodiderint quid ad personam, vitam, scripta eius pertinens. Ideo etiam quae exstant in compendiis historiae Romanorum literariae omisi, quum et in magna horum parte idem acciderit, quod supra de recensitis (maximam partem compendiorum fontibus) praemonui. Neque historiae ecclesiasticae auctores plures laudavi, quatenus Orosium suis implicuerint narrationibus, praesertim quum quae istum ibi adtineant, ex iisdem hauserim fontibus quam illi. Quod vero auctorum opera plura secundum diversas editiones passim citavi, id, qui animadverterint, ignoscant, indeque factum accipiant, quod opusculum Berolini inceptum, quadriennio fere post Vratislaviae demum confeci, cuius bibliotheca regia plura quidem mihi suppeditavit, tamen nec quae, nec qualia vellem omnia.

Longe igitur absum, ut omnibus numeris absolutum credam opusculum, quod qui attentius legerit, sane inveniet, argumentum satis difficile fuisse, neque quod maioris ingenii exerceret vires, indignum. Quamvis ideo persuasum habeam, me quod ipse de eo senserim minime assecutum esse, ne dicam quod viris doctis sit visum, tamen elementa et

interdum argumenta melioris, iustioris de Orosio eiusque scriptis, imprimis de historiis, iudicii suppeditasse mihi videor; unde spero fore, ut non plane inutilia atque oblivioni tradenda mea iudicentur. „Quibus parum, vel quibus nimium est, mihi ignoscant.“ (Augustin. de civ. Dei extr.)

I.
DE OROSII VITA.

Orosius [1]) genere et patria certe quidem Hispanus, num vero Tarraconensis, ex ipsa etiam urbe Tarracone, an Lusitanus Braccarensis, multum inter scriptores certatum, [2]) nec-

1) Nomen Pauli, quod a plerisque hodie praefigitur ei, in scriptoribus, de eius vita fontibus, nusquam invenitur. Nec prius quam saeculo XIII obvium videtur, ubi in Richerii chronico abbatiae Senoniensis * exstat, quamvis aequalis ex. gr. Vincentius Bellovacensis nomen adhuc ignoret. Montfauconii codicum titulis, quod ad praenomen hoc spectat, fere nulla fides; mss. codicum Havercampii Florentinus tantum tertius, saec. XIV., nomen habet. Latet igitur, unde irrepserit, nisi ex simplici litera P. apposita, qua vel presbyter significabatur, ortum accipiamus.

* ap. d'Achery, speciieg. sive collect. vet. aliquot scriptt. ed. de la Barre. fol. Tom. II. p. 603. — Nic. Anton. bibl. Hisp. vet. Tom. I. l. 3. c. 1. §. 27. p. 183. vet., 242. nov. ed. chronicon hoc falso saec. X adscribit.

2) Series scriptorum, hanc vel illam opinionem sectantium, laudatur ap. Nic. Anton. l. l. p. 178. vet., 235. ed. nov., quibus adiicias Valer. Andream, Gerh. Vossium, Pope-Blount, Caveum, Fabricium, Funccium, Hambergerum, Harlesium, Cölln, alios, omnes fere Tarraconensem esse Orosium magis asserentes quam demonstrantes. Idem valet de istis paucis, quos e numero a Nic. Antonio laudatorum Hispanorum (et Lusitanorum) inspicere mihi licuit, Iohanne Gerundensi, Francisco Tarrafa, Vasaeo, Nonio * — in Schottii Hisp. illustr. — et Garibaio. Fusius actum est de Orosii patria, ut videtur, nonnisi ab Hispanis Lusitanisque quibusdam, ac verisimile opus de hac re maximum prodiisse sic insignitum:

„Dissertacion historica por la patria de Paulo Orosio, que fue Tarragona en Cataluna, y no Braga en Portugal, en que se satisfacen las

dum fere ad liquidum perductum. Qui Tarraconensem eum dicunt, scriptoris ipsius testimonio uti sibi videntur. Memoratis enim barbarorum incursionibus, quibus medium sub saeculum tertium imperii Romani fines dilacerabantur, adiicit: [3]) „Exstant adhuc per diversas provincias in magnarum urbium ruinis parvae et pauperes sedes, signa miseriarum et nominum indicia servantes: ex quibus nos quoque in Hispania Tarraconem nostram ad consolationem miseriae recentis* ostendimus." Verba, ut videtur, permagni momenti, sed quae, si totum historiarum respicimus opus, etiam ab Hispano, Hispaniarum res ubique fere studio quodam singulari tractante, absque certo dicta opinemur respectu. Qui vero Braccarae natum asserunt eum, fulciunt sua maxime Aviti presbyteri cuiusdam Braccarensis epistola ad Balchonium, episcopum Braccarensem, et duabus Augustini epistolis. Scribit enim iste de Orosio ad Hieronymum: [4]) „ad nos usque ab Oceani litore properavit", posteaque ad Euodium: [5]) „ad nos ab ultima Hispania, id est ab Oceani

---

razones, que encontro escrivió el Marques de Mondejar. Author Don Pablo Ignacio Dalmâses y Rôs. Barcelona: Rafael Figuerô. 1702." 396 (400) pag. fol.! (Cf. Nic. Anton. nov. ed. p. 237. Fabric. bibl. lat. et Weissium in biograph. univ. Tom. XXXII. p. 165. not. 1., qui epitomen laude dignam operis huius exstare dicit in „mémoires de Trévoux", mart. 1703. p. 428—441.)

Qui tam multa taliaque scribi potuerint, quibusvis aliis non ad partes vocatis, fere miremur. At his explicandis suppeditat quaedam, qui solus omnium mihi contigit Frey Bernardo de Britto Lusitanus. Is enim in „segunda parte da monarchia Lusitana" libr. VI. c. 27. ut Orosium Braccarae vindicet, non solum (fol. 251. rev. col. 1.) scienter omisit verba commonitorii Orosiani, quibus Aviti reversi dicuntur, sed etiam actis concilii provincialis, de quo imprimis agitur, totam periodum ficticiam subiunxit, vel potius immiscuit, crasse sane et insulse (fol. 247. rev. col. 1. et fol. 249. rev. col. 2. quibusc. cf. Labbeum: concil. Tom. VI. col. 561 sqq.).

* Ubi in Marinaei Siculi libris de reb. Hisp. memorabilib. Nostri mentio fiat, equidem non vidi.

3) Histor. VII, 22. p. 518. ed. Haverc. — Cf. etiam quae inf., ubi de Nostri fontib., II, 3; §. 12. ad hunc loc. admonuimus.

4) Epist. no. 166. (al. 28.) opp. ed. Benedict. Tom. II. Col. 583. G.

5) Epist. no. 169. (al. 102.) opp. ed. l. Tom. II. Col. 608. A.

litore — advenit.“ Avitus vero ille, e Palaestina per Orosium civibus suis reliquias quasdam S. Stephani protomartyris mittens, in hunc modum disserit de Nostro: [6]) „Sed quoniam misericors Deus, meo voto vestroque merito procurante, dignatus est indulgentiae suae gratiam, primum ut dilectissimus filius, et compresbyter meus Orosius usque ad has partes ab Africanis episcopis mitteretur, cuius mihi charitas, et consolatio vestrum omnium praesentiam reddidit . .“ qualia vix de alio ac cive notissimo, amicissimo scribi potuerunt. Ac si, quod infra videbimus, Orosius postea de reditu in patriam desperavit, hoc eo credibilius videatur nobis, Braccaram pro Tarracone accipientibus. Avitum tamen hunc et alterum eorum, quorum Orosius ipse in commonitorio suo meminit, [7]) ut factum est ab aliis, pro nostra hac opinione, eundem asserere eo prohibemur, quod alter ille Avitus l. l. ab Oriente iam reversus dicitur. [8]) — A quibusdam, sed iis quavis ratione carentibus, Cordubensem factum esse Nostrum, apud Nic. Antonium legimus. [9])

Orosius erat presbyter, sicuti ubique nominatur, ideoque clericus, neque monachus, de quo nil inveni, quamquam Nic. Antonius de argumentis eorum „qui ex eremitarum a

---

6) Aviti epist. ad Balchon. episc. Bracharens. ap. Baron. ann. eccl. ad an. 415. Tom. VII. p. 47.

7) Consultatio sive commonitorium Orosii ad Augustinum. opp. Aug. Tom. VIII. Col. 608. E.

8) Fieri quidem potuit, ut Hierosolymam rediret Avitus, unde (prius) Originem allatum fuisse ab eo Orosius in commonitorio scribit. Exstat etiam epist. Hieronymi ad Avitum quemdam — no. 59. ed. opp. Paris. 1609. Tom. I. Col. 636 sqq. — in qua de translatione librorum Origenis περὶ ἀρχῶν agitur; inde nobis liceat colligere, unum eundemque esse hunc et Orosii Avitum, quamvis de illius persona ex epist. l. nihil evincatur. Iam accuratissime si posset demonstrari, quonam tempore scripserit Hieronymus epistolam, propius fortasse accederemus ad rem quodammodo.

9) L. l. p. 178. vet., 235. nov. ed. „quam opinionem Vasaeus et Garibaius referunt, sed tantum ut obelo figant.“ Sane, nam ap. utrumque — Vasaeum: rer. Hispanicar. chron. ad a. D. 398 (in Schottii Hisp. ill. I. p. 637.); Garibaium: los XL libros del comp. historial etc. l. VII. c. 57. Tom. I. p. 279. — quinam illi fuerint, aut ubi dixerint frustra quaeras.

magno Augustino institutorum — familia" fuisse, et illorum „qui sub schemate canonicorum regularium eiusdem S. doctoris doctrinam excepisse eum argutantur," diiudicare recusat.[10])

Orosius presbyter igitur circa annum Christi 413,[11]) vel 414,[12]) ex Hispania in Africam ad S. Augustinum venit, proprio motu,[13]) nec missus, ut apud nonnullos,[14]) potius barbaris, haereticis, ut videtur, urgentibus et ad fugam sive citius, quam destinaverat, exsequendum propositum cogentibus.[15]) Adeo tum demum, quum ad Africae provinciae littus appulsum se comperisset, cursus sui finem et consilium videtur cepisse.[16]) „Sicque a verisimili non abhor-

10) L. l. §. 6. p. 179. vet., 237. nov. ed. Nugae adeo videntur. Citator. h. l. nullum quidem vidi, at cuius generis eorum argumenta, ex iudicio Nic. Antonii de Gandara — el cisne occidental etc. — coniiciendum, cuius opus totum pseudohistoricorum Dextri, Maximi, aliorum fabulis plenissimum indicat: bibl. Hisp. nov. II. p. 252. — Labbé in dissert. de scriptt. eccl. II. p. 175. Philippum Ells. Dupin eiusdem dicti arguit, at falso, quum si non alias, in huius nova quidem bibl. auct. eccl. tale quid non inveniatur. Apud eundem Labbeum l. l., Nostrum etiam episcopum Legionensem dictum esse a quibusdam, relatum; horum vero nomina desiderantur. Labbeum iterum Baylius sequitur, qui quoque ridiculi fere enunciati patris cuiusdam Garasse, Orosium paganum facientis, meminit.

11) Sic Voss. hist. Pelag., Cave, Fabric., Funcc.

12) Sic Baron., Cölln.

13) Cf. praecip. commonitor. — epp. Aug. no. 166. et 169. (al. 28. et 102.) ad Hieron. et Euod. Uzalens. — Nic. Anton. §. 32. — Pagium ad Baron. a. 414. Tom. VII. p. 40. — Cölln.

14) Baron. Cave. Fabric.

15) Cf. impr. histor. III, 20. p. 193. ed. Haverc. „si quando de me ipso refero, ut ignotos primum barbaros viderim, ut infestos declinaverim, ut dominantibus eblanditus sim, ut infideles praecaverim, ut insidiantes subterfugerim, postremo ut persequentes in mari, ac saxis spiculisque adpetentes, manibus etiam pene iam apprehendentes, repentina nebula circumfusus evaserim" etc. et commonitor. Col. 607. D.

16) „Ad te per Deum missus sum" scribit Orosius in comm. Col. 607. C. „de te per eum spero, dum considero qualiter actum est, quod huc venirem. Agnosco cur venerim: sine voluntate, sine necessitate, sine consensu* de patria egressus sum, occulta quadam vi actus, donec in istius terrae littus allatus sum. Hic demum in eum resipui intellectum, quod ad te venire mandabar" etc.

* Verba, si cum aliis contendis allatis, non tam perspicua.

ret, eum qua sese praecipiti festinatione ad navem rapiebat, in quoddam navigium, quod alio vela faceret, ingressum esse, attamen Deo cursum illius moderante, ad oram applicuisse Africanam." [17])

Edoceri ab Augustino de pluribus cupiebat, ideoque ei consultationem sive commonitorium [18]) tradidit, qua maxime de animae origine quid sentiret doctor ille magnus, ex eo sciscitari studuit.

Iisdem fere diebus Augustinus in scribendis de civitate Dei libris versabatur, [19]) id quod, quum postmodum quominus uno eos conficeret tenore impediretur, causa fortasse fuit, ut Orosium ad similia tendens, sed compendiosius opus historicum excitaret. [20]) Quod Noster mox susceptum usque ad quintum quidem librum tunc absolvisse videtur. [21]) — Ad commonitorium Augustinus brevi „contra Priscillianistas et Origenistas ad Orosium" [22]) libello respondit, eodemque tempore admonuit eum, ut ad se melius informandum Hieronymum peteret, tunc Bethlehem in Palaestina degentem. [23])

---

17) Vita Augustini adi. opp. ei. in ed. Bened. l. VII. c. 8. §. 2. ed. Antw. Tom. XI. Col. 274 sq.

18) Consult. sive common. Orosii ad Augustin. de errore Priscillianistarum et Origenistarum. in opp. Aug. ed. Bened. Paris. Tom. VIII. Col. 607—610.

19) Cf. Augustin. retractt. l. II. c. 43. et Orosii histor. praef. ad August. p. 4.

20) Praef. Orosii l. p. 1 et 4.

21) Cf. histor. V, 2. p. 288. „nunc me Africa tam libenter excepit" etc. Quae si accuratius inspicis, vix ita possunt intelligi, ac si Orosius post infelicem an. 416 reditus conatum, dé patria amissa se consolaretur. Praeterea tres ultimi libri, ne dicam omnes septem, quum sane e dedicationis (p. 4.) verbis interruptam scriptionem divinare liceat, maius sint opus, quam quod confectum credas tempore inter reditum e Palaestina et finem historiarum intercedente, si rerum iisdem diebus a Nostro gestarum memineris.

22) Cf. August. retractt. II, 44.

23) Cf. epp. Aug. ll. ad Hieron. et Euod. In priore „Deinde docui hominem quod potui: quod autem non potui, unde discere posset admonui, atque ut at te iret hortatus sum." et in altera „Occasionem quippe cuiusdam sanctissimi et studiosissimi iuvenis presbyteri Orosii — amittere nolui, cui, ut ad illum (Hieronymum sc.) quoque pergeret, persuasi." — Aug. adv. Priscill. et Origen. ad Oros. extr.

Praeterea etiam contra Pelagium, tunc iam per triennium fere in Palaestina versantem, Hieronymum per Orosium aliquanto magis instigare voluit. [24])

Ineunte, ut verisimile, anno 415, acceptis duabus Augustini ad Hieronymum epistolis, [25]) Orosius ingressus est iter, de quo quidem nihil compertum habeo, nisi eum Alexandriam visitasse, cuius quae tum in templis exstarent librorum armaria vidisse se, ipse meminit; [26]) idque quum ascenderet factum esse inde coniicio, quoniam rediens postea properasse magis videtur.

Quum autem Bethlehem ad pedes Hieronymi moraretur, a presbyteris Hierosolymitanis evocabatur, qui interesset conventui eorum et coram Iohanne episcopo, quae de Pelagii et Caelestii haeresi in Africa essent acta, indicaret. [27]) Postquam igitur Caelestium in synodo Carthaginiensi [28]) damnatum retulerat, ac presbyteris postulantibus huc pertinentem Augustini epistolam, nuper ad Siciliam datam [29]) legerat, ut Pelagius ipse intromitteretur, Iohannes poposcit. Ille quidem catholicorum modo excitavit invidiam, Augustini auctoritatem spernens; [30]) quum vero Orosius pro aliis dogma eius „hominem posse esse sine peccato et mandata Dei facile custodire, si velit“ pronuntiasset, minime negavit. Africanam synodum, Augustinum, Hieronymum haec damnasse responsum est; Iohannes contra „horum nihil audiens“, ut accusatores ipso iudice faterentur se Orosius adiutoresque eius, exigere conatus est. Abnuentibus hoc illis, disputatio exorta, qua Iohannes asseclam se prodidisse non solum Origenis, verum Pelagii etiam visus est

---

p. in opp. Tom. VIII. Col. 620. — Orosii apol. p. 590. — Baron. ad an. 414. Tom. VII. p. 41. XV. c. Pagio.

24) Sic Cölln. p. 510. (cf. loc. modo l. ep. ad Euod.)

25) Epp. Aug. no. 166 et 167. (al. 28. et 29.)

26) Cf. histor. VI, 15. p. 421. ed. Haverc.

27) Cf. Orosii apol. p. 590.

28) Ann. Chr. 412. cf. Garnerii dissertt. ad hist. Pelagian. pertinentium secund. Tom. XII. opp. Aug. ed. Antwerp. p. 92 sq.

29) Ad Hilarium Syracusanum. no. 157. (al. 89.) opp. ed. Antw. Tom. II. Col. 412 sqq.

30) Omnia haec sec. Nostri apol. p. 591 sqq.

Orosio et presbyteris amicis eius, ita ut eo magis Iohannis noluerint iudicium.[31]) Attamen novissima eius acquietum est sententia: „ut ad beatum Innocentium (I), papam Romanum, fratres et epistolae mitterentur, universi quod ille decerneret secuturi"; interea etiam partes conticescerent et ab iniuriis invicem se abstinerent. Gesta sunt haec die XXX mensis Iulii anno 415.

Sed quum die post hunc quadragesimo septimo, encaeniorum primo,[32]), Orosius Hierosolymam venisset, et more suo ad obsequium Iohannis cucurrisset, blasphemiae criminatione exceptus est ab eo, ut qui in conventu illo dixisset „nec cum Dei adiutorio possit esse homo sine peccato." Quae criminatio, incertum unde orta, num malo ex intellectu, propter imperitiam interpretis,[33]) quo uti necesse fuerat in conventu; an suggerente Pelagio, per Orosium periclitante;[34]) an adeo ex mala ipsius Iohannis intentione,[35]) Orosium ad scribendam defensionem impulit, quae inscribitur „apologia de arbitrii libertate" vel etiam „apologeticus contra Pelagium de arbitrii libertate."[36])

---

31) „Non potest quisquam idem et haereticus esse et advocatus et iudex." apol. p. 593.

32) i. e. die XIV mens. Septembr. vid. inf. additamentum 2.

33) Cf. apol. p. 592 et 594. et Augustin. de gestis Pelagii c. 16. opp. ed. Bened. Antw. Tom. X. Col. 144.

34) Sic Noris hist. Pelagian. ed. nov. Lovanii 1702. fol. p. 30. Col. 2., qui maxime catholicorum contra Pelagium et Iohannem rem gerit.

35) Contra quam opinionem vel omnia. Cf. Neander, Kirchengesch. III. p. 1222.

36) Erant qui abiudicarent et qui contra addicerent Orosio apologeticum. Quorum partem tantum vidi, nec doleo, confiteor, conspicere caeteros me nequivisse. Fontes sequenti res sane est omni exemta dubio. Error praesertim eo exstiterat, quod conventum presbyterorum hunc Hierosolymitanum et synodum Diospolitanam, qui ficticiam contendebant apologiam, non segregarunt. Alii alia obiecere. — Qui expositionem laudabilem, una cum sententiis quibusdam adversariorum nonnullorum cognoscere velint, legant Garnerii dissertt. ad hist. Pelagian. pertinentt. (2 et 3 impr. autem) 6, c. 3. in opp. Aug. ed. Antw. Tom. XII. p. 248—250.

Sed etiam qui quidem concessere Orosio apologeticum, alia tamen de causa disceptabant. Inveniuntur enim ad hodiernum usque diem

Extremo dein mense Decembri in concilio Diospoli (Liddae sive Lydae) habito Pelagii dogmata a fide catholica non aliena pronunciabantur; qua occasione Iohannes episcopus non solum in Herotem et Lazarum, episcopos Gallicos, Pelagii accusatores, verum etiam in Orosium et, quorum nomina quidem omisit, in adiutores eius Avitum et Vitalem (Passerium et Dominum ex Duce) vehementer invectus est.[37]) Cuius irae causam non tam utrorumque credas sensus discordes, quam inverecundam praecipue rationem, qua et in apologetico, et iam in conventu illo Hierosolymitano, ut non improbabile, Iohannem episcopum tractaverat Orosius.[38]) — Sicuti Heros et Lazarus, alter alterius aegritudine impediebantur, quominus synodo interessent, ita et Orosius aberat ab illa.[39]) Iam enim reditum para-

---

apologiae capita septendecim — a 12 ad 19 usque et iterum a 3 usque ad 12 — libri Augustiniani „de natura et gratia" verbotenus inserta; in edit Haverc. p. 622. inde a verbis „hanc esse intentionem legis" usque ad verba „sicut apostolus ait" inf. p. 631. Nec sane plagiarium inde Nostrum dicere destiterunt, qui observabant*, quamvis iam Gerh. Vossius — hist. Pelag. I, 17. p. 573. Tom. VI. opp. et de hist. lat. p. 70. Tom. IV. opp. — rectum animadverterit. Cura sive incuria librarii sive librariorum inculcata si removeris sensum integrum optime restitues. Praeterea quantulicunque opinamur esse iudicii hominem Nostrum, nunquam locos, ut „in libris quos ad Marcelli(n)um de hac re scripsi" p. 623., vel „Quanto igitur maiore zelo accensus est libri huius, quem misistis, conditor" p. 628. describere potuit; ne quid dicam de re incredibili, Orosium libello, quem ipse Augustino tradiderit, tam impudenter furta scriptorum doctoris sui inserturum fuisse.

* Nuperrime Grubitz. emend. Oros. p. 29. idem adhuc fecit.

37) Augustinus, sollicitus iudicio episcopor. hoc in concilio congregatorum, hunc in finem ut auctoritatem eius deminueret, librum „de gestis Pelagii" scripsit, clementer sane, sed vix libero animo et, sicuti videtur, personarum — praecipue Iohannis — captans benevolentiam.

Quod attinet res hac periodo memoratas cf. impr. l. l. c. 16. (§. 39.) Col. 144. B. et quod ad nomina spectat Oros. apol. p. 594.

38) Confitetur ipse in apol. p. 594. „Sed ego calore veritatis impulsus, satis urgeor. Excedo professionis modum."

39) Cf. Aug. de gest. Pelag. impr. c. 16. dein cc. 1. (§. 2.) 6. (§. 17.) 21. (§. 45.) 35. (§. 62.) al. et Pagium ad Baron. Tom. VII. p. 53 sqq.

Ap. plures enim legitur, Nostrum et huic interfuisse concilio, ex. gr. ap. Nic. Anton. §. 29. p. 184. vet, 242. nov. ed, Caveum, al.

bat in patriam,[40]) quem ineunte anno 416 iniisse videtur, ut Augustini exsequeretur votum, per Africam.[41])

Reportavit ab Hieronymo primum brevem Augustino epistolam,[42]) qua ille se tantum excusat, quod ad istius duas sibi missas, de ratione animae et de epist. Iacob. 2, 10.,[43]) nondum potuerit respondere; dein librum eiusdem accuratius non insignitum, „ubi de resurrectione carnis praeclare disputasse laudatur" (Hieronymus sc.)[44]). Relatis denique Pelagii in Palaestina rebus, circa autumni tempus[45]) Carthaginem convocato concilio, Orosius Herotis et Lazari tradidit epistolas.[46])

Praeterea Orosius nuper repertarum S. Stephani protomartyris reliquiarum partes intulit Occidenti, quas civibus suis destinatas, Balchonioque Braccarensi episcopo tradendas, Avitus presbyter Nostro dederat, una cum reliquiarum inventoris Luciani revelatione, quam ab ipso isto Luciano Avito dictatam hic e graeco in latinum verterat sermonem, addita quadam epistola ad Balchonium.[47]) Quarum reliquiarum paullulum amicis donasse,[48]) nec multo post con-

---

40) „Deinde ut in diebus ipsis, quibus iam ipse (Oros. sc.) reditum incredibili desiderio parabat; beatus et vere sanctus, coronae gloriae nostrae in Christo Iesu, primus martyr Stephanus se revelare et manifestare signis et virtutibus evidentissime sequentibus dignaretur" etc. scribit Avitus in ep. I. — Cf. addit. 2.

41) „rogavi eum, ut abs te veniens, per nos ad propria remearet." Aug. ad Hieron. epp. no. 166. (al. 28.)

42) In opp. Aug. ed. Bened. Tom. II. no. 172. (al. 30.) Col. 612. B. — In opp. Hieron. ed. Vallarsii. Tom. I. no. 134. Col. 1036. D.

43) Saepius ll. no. 166. (al. 28.) et no. 167. (al. 29.)

44) „Nescio sane quem librum eiusdem hominis Dei, quem presbyter Orosius adtulit, tuaeque dilectioni describendum dedit, ubi" etc. Aug. ep. ad Ocean. no. 180 (al. 260.) opp. Tom. II. Col. 635. B.

45) Cf. Garnerii dissertt. ll. alteram n. 4. p. 98 sqq.

46) Cf. Aug. ep. ad Innocent. pap. no. 175. (al. 90.) opp. Tom. II. Col. 617. D. et Baron. ad an. 416. Tom. VII. p. 73. IV sqq.

47) Cf. saepius l. ep. Aviti presb. ad Balchon. ap. Baron. a. 415. Tom. VII. p. 47. — Verisimiliter idem Avitus hic atque ille, cuius Orosius in apol. meminit.

48) Cf. Aug. sermon. no. 317. (al. 92.) opp. ed. Bened. Tom. V. Col. 1269. et Baron. a. 416. Tom. VII. p. 79. 80 sqq. XVI.

cilium Carthaginiense reditum in Hispaniam tentasse videtur Noster. Quum vero moratus per tempus aliquod in portu Magonis in insula Minorica, transvehi in Hispanias, ut desiderabat, nequiisset,[49]) denuo in Africam remeare statuit, reliquiasque S. Stephani in ecclesia Magonensi collocavit,[50]) ubi paulo post efficiendis miraculis maximis non deerant.[51])

Tunc demum post secundum hunc in Africam reditum,[52]) verisimile Orosium, Carthagine et petitu Iuliani episcopi,[53]) historiarum suarum libros confecisse.

Iam vero omnia de persona et rebus Nostri deficiunt, ita ut mortis eius annus aeque ac natalis definiri nequeat.

Quare si Raph. Volaterranus[54]) Carthagine mortuum et Romae „in templo Eusebii ad tropaea Marii" sepultum scribit Orosium, hoc partim quovis fundamine caret historico, partim e confusione Nostri cum Orosio antiquiore vel etiam martyre quodam, „cuius sacras exuvias eo templo asservari fama" erat, explicandum videtur.[55]) Quae recentio-

---

49) Tunc enim Wallia, Barcinone Ataulfi, nec non Segerici interfectorum successor, cum Alanis, Suevis, Vandalis conflixit. Cf. Oros. hist. VII, 43.

50) Cf. ep. Severi episc. Minoricensis ad Euod. episc. Uzalens. ap. Baron. ad a. 418. Tom. VII. p. 139 sqq. XLIII sqq. impr. p. 140. XLVI.

51) Harum rer. curiosi legant ep. Severi l., Euodium de miraculis S. Stephani, in opp. Aug. ed. Lovaniens. Tom. X. — August. de civ. Dei XXII, 8. et eiusd. sermon. pll. ll.

52) Cf. hist. VII, 43. unde patet, opus neque in patria (neque in Palaestina) neque ante an. 417 absolutum esse. Si igitur Pagius ad an. Baron. 417. Tom. VII. p. 109. XXIII. libros in Hispania scriptos censet, leviter sane agit. Idem valet de aliis, quae ibi profert, de quib. quidem inf., ubi de chronolog. Nostri (p. II. c. 3. §. 3. not. 53.).

53) Cf. praef. histor. p. 4. et ibid. not. 30 Haverc.

54) Commentarior. urbanor. lib. XVIII. p. 206. edit. Basileens. 1544. fol.

55) Cf. Nic. Anton. l l. §. 9. p. 180. vet., 238. nov. ed. et §. 26. p. 183. vet., 242. nov. ed. Fragmentum Estepani ibid. §. 9. memoratum, recusum in bibl. Hisp. vet. Tom. II. p. 274 sqq. (ed. vet.) nil nisi suppositicium illud Bivarii chronicon est et iam praemisso Pauli nomine spurium se prodit. — De superioribus Nostro Orosiis plura ap. Tillemont, mém. pour serv. à l'hist. eccl. des six prem. siècles. Bruxel-

rum temporum (Bivarii) fraude supposita Pseudo-Dextri et Pseudo-Maximi chronica de pluribus cognatione inter se iunctis Orosiis prodidere, a Nicolao iam Antonio optime refutata, adeoque ad nihilum redacta sunt.[56]) Nec plus nomine cum Nostro habet commune Orosius ille abbas, a Gregorio magno memoratus,[57]) quamvis chronica illa ficticia hic quoque nugis insulsissimis affinitatem eruere studeant, vel audeant.[58]) — De alio denique Orosio atque Nostro notitiunculam fere nihili a B. Pez editi anonymi Mellicensis, de scriptt. eccl. c. 69 — ap. Fabric. bibl. eccles. — intelligere voluerunt. (Cf. Fabric. bibl. med. et inf. lat. ed. Mansi. Tom. V. p. 178.)

ADDITAMENTVM 1.

DE SCRIPTIS OROSII DEPERDITIS ET SVPPOSITIS.

Quamvis de scriptis Orosii aliis ac laudatis apud veteres nihil inveniatur, tamen recentiorum scriptorum sive assertione simplici, sive negligentia, sive inscitia, Nostri varia vel deperdita, vel falso ei tributa, suppositaque partim ferebantur, partim adhuc feruntur. Vere quidem Orosianae, sed deperditae hodieque citantur epistolae ad Augustinum, quarum primus Trithemius — de scriptt. eccl. c. 121. — et secundum hunc multi alii meminere. Idem epistolarum quoque Orosii ad diversos librum unum laudat, ab aliis hodie omissum, sive eundem cum epistolis ad Augustinum factum, ut ap. Nic. Anton. l. l. §. 23., qui epistolarium a Francisco

---

les. 12. pll. ll. qui Tom. VI. p. III. p. 337 et 338. reperitur, Volaterrani esse videtur.

Praeterea Orosii nomen adest in martyrologiis, ex. gr. in vetere quodam, quod dicitur Hieronymi, ad dies VIII et X Septembr. ap. d'Achery specil. ed. de la Barre. Tom. II. init.

56) L. l. §. 8. p. 180. vet., 237. nov. ed. praec. §§. 25 sqq. usque ad fin. p. 183. vet., 241. nov. ed. sqq.

57) Cf. Gregor. magn. epist. l. I. (indict. IX.) no. 51 et 52. (al. 49 et 50.) in Tom. II. opp. ed. Bened. Col. 545 et 546.

58) Cf. Nic. Anton. l. l. §. 40. p. 186. vet., 245. nov. ed.

Ximenio Orosio tributum Augustinianum illud esse coniicit. — Immerito, ut dicitur, adscribebantur Nostro quaestiones de trinitate et aliis scripturae sacrae locis ad Augustinum, editae Parisiis 1533 (cf. Schönemann bibl. Pp. II. p. 485.); dein „dialogus LXV quaestion. Orosii percontantis et Augustini respondentis", (de qua farragine cf. Oudini comment. de scriptt. eccl. ant. Lips. 1722. fol. Tom. I. col. 963.); „de situ antiquae Babylonis et Carthaginis" [59]) et „de Adam" ap. Nic. Anton. l. l. §. 23. Schönemann l. l. vix memoratu digna censet; „in cantica canticorum" [60]) ap. Trithemium et alios postea, ex nominum confusione Orosio tributa, Honorii Augustodunensis sunt, cuius et „de vir. illustrib." esse videtur ap. G. Vossium de hist. Lat. et al. — „Libri ad Marcellinum", falsa conclusione ex intrusis in apologeticum capitibus Orosio adscripti, Augustini sunt, „de natura et gratia". „De origine animae" et „de ratione animae" commonitorium sive est, sive esse videtur, quamquam Trithemius l. l., commonitorium quidem omittens, ad librum „de ratione animae" hisce verbis „Cum apud vos coelestis" aliud atque illius indicat initium. Qua de causa alii, ex. gr. Funcc. de veg. lat. ling. senect. VIII. §. 85. p. 817. „de ratione animae" librum inter deperditos Nostri retulere. — Denique ex apologetico Orosii duo diversi passim facti sunt libri „de libero arbitrio" et „apologeticus adversus Pelagianos", ut in Ant. Possevini app. sacr. Tom. II. p. 229. — Ac ne quid omisisse tibi videar, anonymus ille Mellicensis Orosio suo „commentum in librum duodecim prophetarum" adscribit; sed haec vix Nostrum adtineant.

---

59) Ap. Montfaucon. bibl. bibll. Tom. I. notatur e bibl. monasterii Bened. b. Mariae Florentina „Orosii de constructione Romae". ?

60) In bibl. reg. Vratisl. in cod. chart. a. 1375 (codd. mss. class. IV, 3. (philol.) fol. no. 44.) item exstat „Orosius super cantica canticorum".

ADDITAMENTVM 2.

DE REBVS IN VITA OROSII CHRONOLOGICIS.

Encaenia Hierosolymis unoquoque anno inde a die XIV mensis Septembris celebrabantur „ob dedicationem martyrii celeberrimi templi a Constantino magno exstructi". [61]) Unde conventum illum Hierosolymitanum sequitur habitum esse die XXX mensis Iulii. [62]). Qua de causa nos quoque plurimorum secuti sumus opinionem, ut et loc. paulo ante l. Baronii (Pagii) de Orosio legitur „qui verno tempore in Palaestinam appulit", praesertim quum ex apologetico [63]) coniicere liceat, Nostrum ante conventum iam per tempus aliquod apud Hieronymum moratum esse.

Diospolitani dein concilii tempus secundum data revelationum Luciani, inventoris reliquiarum S. Stephani, ad diem XX usque ad XXIII mensis Decembris a. 415 Pagius refert. Legitur enim in Aviti versione latina revelationum, [64]) de prima earum: „Die igitur parasceue, hoc est feria sexta, tertio Nonas Decembris, consulatu Honorii decies et Theodosii sexies Augustorum, adveniente nocte" etc.; sequuntur dein secunda revelatio octavo post primam, et tertia octavo post secundam diebus; qui sunt ex nostra ratione dies III, X et XVII mensis Decembris anni 415. „Ioannes Hierosolymis erat die XVIII, cum eum Lucianus adiit. Die XIX aut XX fodit Lucianus, inventisque reliquiis Lydam — perrexit, ubi erat Ioannes synodum agens, et unde rediit ante diem XXV. Quare concilium a die XX Decembris ad XXIII celebratum." [65]).

Apologeticus igitur scriptus est tempore inter encaenia

---

61) Cf. Noris hist. Pelag. I, 7. p. 30. Col. 2. et ibid. Nicephor. (VIII, 50.) et de martyrii consecratione Euseb. l. IV de vit. Constantini et sec. hunc Baron. ad a. 335.

62) Cf. Pagium ad Baron. a. 415. Tom. VII. p. 51 sqq. XIX sqq.

63) P. 590. ed. Haverc.

64) Ap. Baron. Tom. VII. p 48.

65) L. l. p. 53 sqq. eandem temporis definitionem habes ap. Garner. dissert. II. sec. n. 3. p. 96 sqq. (al.)

et concilium Diospolitanum intercedente, hoc est inter dies XIV Septembris et XX Decembris 415.

Si igitur in mense Decembri Orosium reditum iam parasse scribit Avitus,[66]) non immerito solvisse eum ineunte anno sequenti dixerimus. Interfuit dein, ut narratum, synodo Carthaginiensi,[67]) post patriam repetere frustra conatus, in Africam remeavit, ibique primum historias suas confecit anno 417 (sive demum 418).[68]) Quod quominus prius, quam in insulam Minoricam traiiceret, fecisse eum opinemur, vel potius ne Orosii in portu Magonis moram in annum 417 transferamus, Severi episcopi Minoricensis epistola obstare videtur, quae scripta anno 418, Nostri in insula illa praesentiam non tam recentem credere permittit.

Denique et primam annorum definitionem in Orosii vita, primum scilicet eius in Africam adventum anno 413 sive 414, comprobaverimus, quatenus perfectio historiarum partis maximae, variaque studia alia, quibus etiam Augustino innotesceret, praeter omnem dubitationem moram, priusquam Orientis viae sese committeret, longiorem exigant.

---

66) Cf. supra not. 40.

67) Huius tempus circa mens. Septembr. 416. Garnerius loc. supra (not. 45.) cit. accuratius indicare studet.

68) Cf. infra p. II. c. 3. §. 3. vers. fin.

II.

DE OROSII LIBRIS SEPTEM HISTORIARVM ADVERSVS PAGANOS.

CAPVT I.

DE CAVSIS ET ORIGINE LIBRORVM.

„Interea Roma“ scribit Augustinus [1]) „Gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico, atque impetu magnae cladis eversa est: cuius eversionem deorum falsorum multorumque cultores, quos usitato nomine Paganos vocamus, in Christianam religionem referre conantes, solito acerbius et amarius Deum verum blasphemare coeperunt.“ Videmus igitur paganos — uti iam ab initio fere propalatae propagataeque religionis Christianae, variis ex causis accensi ira et odio in confessores unius Dei, persecutiones excitaverant; tum labante republica, augescente vero ecclesia, potissimum quum post medium saeculum tertium imperii Romani fines ab omnibus undique gentibus premerentur, maiore insurrexerant clamore — ne tum quidem, quum adeo principes ipsi novam amplexi essent fidem, ab illius blasphemiis eique ingerendis conviciis destitisse. Nota sane res est, sicuti et notae piorum doctorum apologiae a Tertulliano usque ad Ambrosium et alios. Attamen malis fere assueti, qui vix paullulum conticuerant pagani, novo acerbissimoque intumuere tumultu, quum Alarici regis res fortiter gestae, denique Roma

1) Retractt. II, 43.

capta, ruinam quasi imperii, omniumque conditionum praesagiissent. Tum maximus ille fidei Christianae assertor Augustinus „exardescens zelo domus Dei“, celeberrimos, ingeniosissimos de civitate Dei libros scribere instituit. In quibus quum opprobria paganorum contra religionem Christianam, multimodis formis rationibusque prolata, non solum negaret et redargueret, verum etiam defensionem doctrina sane mirabili, nec dispari eloquentia conficeret, litem ita absolvit, ut post eum per saecula vix ullus existeret, qui vel impugnaret, vel defenderet fidem Christianam. Decem priorum vere apologeticorum librorum quinque primi contra opinionem tunc iterum ob clades per Alaricum illatas vulgatissimam sunt scripti: „mala mundi exoriri et abundare propter prohibitum per Christianam religionem multorum deorum cultum.“ Crassum opprobrium, sane aliis omnibus praeponendum, facillime historia ad partes vocata redarguendum, quominus refelleret Augustinus ipse historiarum tantum compendio, ingenii ardore, qui ubi negabat, et veras rerum causas investigabat, nec minus operis profusissimi conspectu impediebatur.[2]) Tamen quae quantaque lucraretur causa Christianorum tali historiarum demonstratione, optime intelligebat. Igitur quum post scriptos priores de civitate Dei libros, Orosius anno circiter 414 ad Augustinum venisset, seque obedientissimum asseclam praebuisset, ut talem historiarum expositionem, ad refellendam istam vulgatissimam paganorum opinionem componeret, ei suasit. De quo Orosius ipse: „Praeceperas mihi“[3]) inquit „ut adversus vaniloquam pravitatem eorum, qui alieni a civitate Dei ex locorum agrestium compitis et pagis pagani vocantur, sive gentiles, qui terrena sapiunt: qui cum futura non quaerant, praeterita autem aut obliviscantur, aut nesciant, praesentia

---

2) Cf. ex. gr. de civ. Dei III, 18. „Si enarrare vel commemorare conemur“ (mala sc. tempor. praeteritor. in bellis etc.) „nihil aliud quam scriptores etiam nos erimus historiae“, et Orosii praef. p. 4. „maxime cum reverentiam tuam — levi opusculo occupari non oporteret.“

3) Praef. ad Augustin. p. 3 et 4. (conf. Grubitz. emend. Oros. p. 10 et 11.)

tamen tempora veluti malis extra solitum infestissima, ob hoc solum quod creditur Christus, et colitur Deus, idola autem minus coluntur, infamant: praeceperas ergo, ut ex omnibus qui haberi ad praesens possunt, historiarum atque annalium fastis, quaecunque aut bellis gravia, aut corrupta morbis, aut fame tristia, aut terrarum motibus terribilia, aut inundationibus aquarum insolita, aut eruptionibus ignium metuenda, aut ictibus fulminum plagisque grandinum saeva, vel etiam parricidiis flagitiisque misera, per transacta retro saecula reperissem, ordinato breviter voluminis textu explicarem: maxime cum" etc.

Orosius igitur praecepto obsequutus libros illos historiarum composuit.

CAPVT II.

DE INDOLE, ARGVMENTO AC FORMA LIBRORVM.

Cuiusvis operis argumentum et forma quodammodo solum possunt segregari, quum alterum semper plus minusve suppeditet alteram: quo accedunt, quem appetit scriptor, finis atque ipsa auctoris indoles, medium quasi inter formam et argumentum. Quod idem in Nostro reperimus.

Argumentum primum duplex est: alterum re ipsa datum, alterum ab Orosio additum, quod partim elucet ex electione, dispositione, tractandi ratione rerum ab historia suppeditarum (forma haec maxime), partim exstat in additis magis ex solo ingenio scriptoris, qualia in praefationibus, excursibus, epilogis, alibi praebentur.

Argumentum historicum hunc in modum distribuit Orosius septem in libros, ut primo, brevi terrarum orbis adumbratione praemissa, a novo post diluvium genere humano incipiens, specimina quasi mythorum et historiarum antiquissimarum tam sanctarum, quam imprimis profanarum (Asianar.), a Nino usque ad urbem conditam, ut putat, secundum ordinem chronologicum sese excipientia colligat.

Liber secundus primordia Romae continet, incipiens ab urbe condita, captaque a Gallis desinens: insertae sunt historiae populorum Asianorum, praecipue Persarum, et Graecorum, a Cyri expugnatione Babylonis, ad finem usque belli Peloponnesiaci et pugnam ad Cunaxa.

Graeciae et Orientis res inde a bellis Lacedaemoniorum contra Artaxerxem, usque ad Alexandrum magnum eiusque successores, et Lysimachi Seleucique interitum, aeque ac Romanorum cum Italiae populis bella, ad annum fere 471 u. (Pyrrhum) libro tertio continentur.

Quartus enarrat longe pulcherrimam historiae Romanae periodum a bellis cum Pyrrho rege, subactaque Italia usque ad Carthaginem deletam, cuius ante primum bellum Punicum historiarum afferuntur selecta.

In quinto a Corintho capta exorso, bella cum Viriatho, Numantinis, motus Gracchorum, bellum servile, Aristonici, al., Iugurthinum, Cimbricum et Teutonicum, Saturnini et Glauciae molitiones, bellum inter Sullam et Marium, al., denique gladiatorum bellum exponuntur.

Liber sextus primum de Mithridate agit, dein de bello piratico, Cretico, de rebus a Pompeio in Asia gestis (de Catilina), de Caesaris bellis Gallicis, Parthico Crassi, de bellis civilibus inter Pompeium et Caesarem, de eiusdem morte, de Caesaris Octaviani et Antonii rebus usque ad Augusti monarchiam et Christum natum.

In septimo denique exstat historia, quae dicitur Augusta, rerum Romanarum sub imperatoribus, usque ad ipsius Orosii tempora, semper respectu ad ecclesiam habito.

Iam si accuratius electionem investigamus et dispositionem rerum earumdemque rationem tractandi, fere haec e fine et indole scriptoris consequentia observamus.

Prae caeteris et unice ferme historiae profanae eliguntur et enarrantur, omissis paene omnibus, quae ad historias pertinent sanctas; quamvis pariter Orosius, ut qui post eum historias quasi universales condidere, ex iisdem atque hi causis, veteris novique testamenti traditiones in suum recipere potuisset opus. Quod ubi non fecit, ne propterea id praetermissum quis accipiat, quod nexum historiarum illarum cum

caeteris non viderit, vel quod nexum observarit deficientem — nam huiuscemodi quid minime impedisset eum, nec fere est Nostri — vel quod pro Christianorum causa contra paganos illis uti nequiverit: sed potius quod adversus eosdem scripsit paganos, redarguendos non tam historiis, sane pio magis fidelique animo recipiendis, minus notis, ne dicam ignotis, quam ipsorum proavorum fatis et rebus ubicunque gestis. Haec eadem est causa, cur historias sanctas nonnisi eatenus memoret, quatenus earum ipsi adversariorum scriptores meminerint; nec saepius quam tribus in locis (I, 5. 8 et 10.) hoc vere factum, et ibi typico ex charactere operis idcirco, ut neget, refellat. Sin vero in libro septimo, postquam historiae Christi nil fere meminit, vel potius notam eam supposuit, Christianae religionis et confessorum fata ubique respicit, id sane aliud est, praesertim quum ista iam pars quasi historiarum profanarum facta, ideoque atque insuper Nostro res maximi momenti sint. In iis autem, quas prae caeteris elegit, paganorum historiis, si denique Romanorum res gestae maxime, prope solae tractantur, re ipsa hoc est conditum, quum imperium Romanum totum orbem antiquum absorbuerit; neque tamen intentionibus Orosii alienum, sicuti ubique elucet et ipse nonnumquam confitetur. [1])

Dein ferme per totum opus rerum enarratarum superficiem tantum tangi, nusquam paene intestinam civitatum vel populorum historiam erui observamus; unde nexus sane rerum et causarum paene ubique desideratur. Quod potissimum iterum in historia Romanorum prostat, ubi quatenus potest auctor, ab eorum veris incrementis, moliminibus et certaminibus partium omnino sese abstinet. Nam virgines Vestales defossas, prodigia, fames, pestilentias et alia huiuscemodi curiosa, legem adeo Oppiam, si eius meminit, [2]) ad historiam, quam vocamus intestinam pertinere vix quisquam

1) Cf. I, 12 init. p. 61. „praesertim cum et Graecorum praetereunda non sint, et Romanorum vel maxime recensenda sint.“ V, 4. p. 295. „sed Romanorum, cum quibus nobis actio est, tanta sunt, ut iure fastidiantur aliena.“

2) IV, 20. p. 271.

contendat. Nec prius quam ventum est usque ad motus Gracchorum, ubi iam evitari vix potuit, a proposito discedit; sed hic quoque de causis quam paucissima tantum comperimus. [3]) Semper enim sibi constans, modo faciem rerum gestarum adumbrat; causas autem, ubi quas addit, omnes nusquam, nonnullas passim, neque eas nisi fortuito quasi prodit. Etiamsi hisce obstare fortasse compendiorum naturam, et Orosii certe minorem compensandi indolem non negemus, tamen operis finem, qui extera tantum usquequaque poscere videtur, maxime in causa esse non obliviscamur. Quae etiam inde intelligere nobis licet, quod etiam, ubi ipsa fundamina rerum in facinoribus patentissimis exstare videntur, velut in primo Romanorum cum Mithridate bello, posteaque in bellis civilibus, minime ab indicandis causis abhorret — at ubique semper eatenus tantum, quatenus positae sint in rebus in finem operis tanquam quadrantibus. Is quidem usquequaque facta postulavit, minime vero ortus definitionem. Sed quamvis haec ita sint, tamen sicut negari nequit causis rerum explanandis Orosii intentionibus aptissima interfuisse, si modo iis voluisset uti, ita neque omittendum, talia ei incommoda et longa visa esse. [4])

Significatum iam his, quae modo dicta sunt, et conditum fere est, quod Orosius sicuti extera tantum adfert factorum, in iis ipsis crassissima, maxima, ad excitandum horrorem aptissima prae caeteris adamat editque. Quam ob rationem ubivis numeros aut maximos, aut minimos, quales optime operis consilio inservirent, diligenter collectos invenis. [5])

3) Secessionis quidem plebis in montem sacrum meminit II, 5. p. 97 sq. sed causar. nexu nullo adiecto. Item Decemviror. res II, 13. p. 121 sq. mere memoratae demonstrare possunt, quem in modum abstineat se Orosius ab historia Romanor. intestina. Aliud ex. habes IV, 15. p. 254. in verbis: „Igitur Annibal sciens Flaminium cons. solum in castris esse“ etc. Si ea cum Livio fonte contendimus excidisse quid hic videmus; sed hoc quoniam ad hist. intestinam pertinuerit, omisit, quamvis sciret!

4) De Apuleii Saturnini motibus V, 7. p. 322. „Evolvere ac percurrere mihi discordiarum ambages et inextricabiles seditionum causas incommodum simul ac longum videtur.“

5) Si aptiorem fini operis numerum in alio, quam quem modo se-

Idem patet ex singulis, quae ex arbitrio potius quam necessitate quadam coactus inseruit narrationi suae. [6])

Eodemque modo quo quod attinet singula elegit illa, ex altera parte evitavit quodvis factum, a scriptoribus in favorem deorum multorum cultus et caerimoniarum iam antiquitus servatum, contra quod minime sagacissimus in suorum gratiam melius quid proferre nesciebat. [7]) Item omisit quae pro solatio et lenimentis malorum et cladium memoratarum in gloriam veterum possint accipi. [8]) Quamvis haec ipsis Orosii verbis possint excusari, ubi dicit „alios bella, se ipsum bellorum miserias evolvere", vel etiam „se vim rerum, non imaginem commendare", [9]) ni idem alias saepe a proposito discessisset, nec solum negare, sed etiam refutare tentasset. Nec facile quae seiungere se voluisse asserit, in hunc Nostri modum disiungi possunt.

Denique mihi de electione rerum narrandarum agenti, res duae adhuc memorandae videntur, quarum sat manifestarum altera non e fine quidem operis, sed ex amore patriae, altera vero inde et rerum temporis Orosiani conditione explicanda est. Primum est igitur, quod ubique Hispaniarum res studiose persequitur, diffusius pertractat, minimeque in iis a factis singularibus et laudibus patriae se abstinet. Exempla suppetunt permulta, ut in bello Viria-

---

quitur, scriptore invenit, inde petit eum (cuius generis exempla in capite de fontib. Orosii plura afferuntur). Tamen non ubicunque sicuti potuisset, hanc sequitur rationem, v. c. III, 22. vid. sub Liv. in c. seq. Neque omitti debet, locos (rarissimos quidem) esse, ubi vel contra morem suum minores numeros, adeo omnium minimos adferat (an negligentia?), ex. gr. VI, 3. p. 377.

6) Cf. ex. gr. IV, 6. p. 226 sq. collat. c. fonte hui. capit. — al.

7) Qualia exstant ex. c. III, 12. p. 170. in omisso Phocensium sacrilegio, ubi cf. Iustin. fontem VIII, 1; IV, 10. p. 242. in Claudii clade, ubi ne verbo quidem laesae religionis, propter quam illum fusum fugatumque dixere scriptores pagani, meminit et al. — Contraria vero bene observabat; cf. ex. gr. V, 4. p. 294., quae post magnam ibi memoratam pestem adiicit.

8) Ut Numae regnum pacificum (cf. quae dein II, 4. p. 95. in fin. de regum temporib. in univers. admonet), Camilli de Gallis victoriam, et post Caecilii stragem (III, 22. p. 200.) reparatas res Romanor. al.

9) Praef. libri III. p. 144 sq.

thico, cuius fere Latinorum scriptorum Noster plurima reservavit, in bello Numantino, Sertoriano,[10]) in bellis cum Asturibus et Cantabris,[11]) in laudibus Traiani et Theodosii Hispanorum,[12]) Didymi et Veriniani,[13]) aliis. Alterum est, quod aeque fere barbarorum, a quibus postea imperium Romanum (et Hispaniae) vehementer dilacerabantur et opprimebantur, a primis eorum irruptionibus usque ad suam aetatem diffusius meminit, neque sine ira et studio, quod saltem adtinet ad Gothos.[14])

Haec igitur momenta electionis per totum opus plus minusve agnoscimus; sin autem ad electa ipsa propius accedimus et singula perscrutamur, fieri nequit, quin acerbe vituperetur Orosius. Videmus enim recepisse eum in universum quidem, quae maximi fuerint ponderis (neque difficile id erat, etiamsi non respiciamus ad fontes eius): sed in illis ipsis ac potius etiam in singulis, quae in illorum auxilium arcessivit, quamvis quae modo dixi momenta electionis ubivis agnoscantur, tamen tanto arbitrio, et absque quavis causa rem suam egisse videtur, ut iuste carpatur; praesertim quum nec finis operis, neque alia excusatio hic admitti, sed adeo in illum, ideoque in suam ipsius utilitatem saepissime peccasse Orosius argui possit. Quae maioris et maximi sunt ponderis obliviscitur res gestas, prae aliis minoris, etiam nullius fere, vel has latius uberiusque percenset quam illas;[15]) affert alias, quae praemissas expostulant

---

10) Cf. impr. p. 358.

11) VI, 21.

12) Cf. impr. VII, 34. p. 555.

13) VII, 40. p. 577.

14) Cf. ex. gr. p. 195. Mirum in modum agitatur Orosius. Romanus et Hispanus Gothos apertissime odit, neque odium celare potest: tamen quum ei demonstrandum sit, quae per illos ingruissent pericula et mala, longe inferiora esse antecedentibus, etiam praeconia quasi odiosorum ut edat, saepius coactum se videt. At hic „reservationem mentalem“ accipiamus necesse est.

15) Cuius et insequentis generis exempla sunt plurima, praecipue in historiis temporum posteriorum, ut in bellis Sullae et Marii, Mithridaticis — quorum secundum (Murenae) et Nicomedis haereditatem, tertii causam plane omisit, nec minus Luculli contra Mithridatem res ge-

alias plane non relatas, vel omittit quas iam indicaverat.[16]) Saepenumero tam oscitanter historias suas composuisse videtur, ut non solum occasiones opportunissimas rei suae provehendae praetermittat, sed etiam per negligenter factas fontium versiones crudelitatem facinorum, cui fere semper inhiat, nonnumquam imminuat! Laudabilis rerum electio excipitur a pessima, vituperio dignissima; quibus carere possimus, longiora insequitur, qua urgemur, brevitas; aptam expositionem excipit compendium obscurissimum, paene inextricabile. Cuius compositionis causas frustra invenire conatus, nonnisi hoc observabis: Orosium mole rerum narrandarum oppressum vereque anxium saepius commisisse quos vituperavi errores.[17]) At propterea minime Nostro parcamus, sed potius inde maxime de parva, vel fere nulla indole historici argumentari nos oportet, quae si qua fuisset, respectu in finem operis habito, prae caeteris in electione ubivis aptissima optimaque apparere debuisset.

In dispositionem rerum electarum iam versi ex modo dictis statim dispicimus, de artificiosa per totum opus historiarum dispositione (et compositione) vix sermonem esse posse. Quomodo totum historiarum argumentum, in libros septem distribuerit, iam supra breviter indicavimus; qua in re certe laudanda est ratio, qua et cuique libro periodum quamdam historiae attribuerit et eandem finierit. Ubicunque enim, ni fortasse eximas librum quintum, minus apte in bello gladiatorio desinentem,[18]) divinatio vel adeo

stas. Quum Caesaris rerum in Galliis gestarum meminerit, bellum Vercingetorigis vel crudelissimis refertissimum facinoribus brevius percenset etc.

16) Cf. III, 8. init. et quae postea de bellis Samniticis exhibentur; loc. supra cit. IV, 15. p. 254. — VI, 19. p. 436. al. — V, 12. p. 317. lin. 9. post „Misenum" antea (cf. not. 23. ibid.) legebatur „ut dixi", nec dubium quin ita scripserit Noster, quamvis nihil de ea ibi re adhuc dixisset. — VI, 11. p. 402. „Dum haec ad Alesiam geruntur", de quibus quidem nusquam sermo fuerat. (cf. inf. c. seq. sub Caes.) — Quae quum magnam sane partem ex ratione, qua fontibus suis usus sit Orosius, explicanda sint, ablego ad cap. seq.

17) Cf. ex. gr. IV, 16. 20. al.

18) Ex ultimis libri verbis (p. 363.) divinem, Orosium ipsum incommodam sane et minus aptam terminationem illam sensisse.

cognitio quaedam aetatum historiae veteris elucet. Neque de hac Orosii virtute detrectandum est, quum etiamsi in illis fontes, quos est secutus, nonnulla, tamen neque omnes omnia, neque unus permulta ei suppeditaverint.

Primum vero dispositionis et distributionis momentum, ut in opere historico, chronologia subministravit, quam etiam maxime observare studet Orosius, sicuti ex additis ubicunque annorum numeris apparet. At quum totum quodammodo historiae argumentum in opus suum recipere vellet, et per finem operis interdum maior postularetur expositio, saepius etiam, vel seiungendis vel consociandis uno quidem eodemque tempore, sed diversis in terris rebus gestis operam daret, necesse erat. Qualia occurrunt in tribus libris prioribus (praec. in sec. et tertio), in quibus Orientis et Occidentis historiarum partes, utut sibi respondent tempore vel excipiunt, tum separatas, tum coniunctas reperimus. In quarto iam Romanorum res gestae quasi absorbent omnia alia, quarum seriem, sicut eam suppeditarunt fontes, reddidit. In quinto autem libro et magis etiam in sexto, ubi iam imperium Romanum terrarum orbem amplectebatur, atque eodem tempore diversis in terris varia gerebantur, modo videmus Orosium solam chronologiam secutum, diversissima sane congerentem, modo autem eundem cernimus discedentem a fontibus suis, et ne iterum iterumque distantia confundat coniungendaque discerpat, ad segreganda vel consocianda singula (ut in libris primis) redeuntem. Negari tamen nequit, Orosium etiam in ordinandis historiarum suarum partibus singulis ubique, vel maximam saltem partem, ad instar fontium suorum facile res suas sibi disposuisse. Per totum autem historiarum opus in distributione factorum singulorum vel adumbratorum tantum vel diffusius tractatorum, aeque ac supra in eligendis iisdem, arbitrariam quandam minimeque laudabilem offendimus rationem.

Quarum sane rerum omnium causa in parva illa Nostri indole compensandi, ut in magno discrimine inter ambitum potissimum fontis principalis et operis huius Orosiani posita est.

Distributionem in capita editiones plurimae et vetustissimae habent (cf. Schönemann bibl. Pp. l. l.); ea vero quae hodie legitur, recens est, et per Ger. Bolsuingium demum (in editione Colon. 1526) eruta, vel potius pro vetere mendosa substituta. (Cf. Haverc. praeff. p.** 25.) Codicum, ni fallor, Portensis, a Grubitzio collatus, capitum sectiones significare iam videtur. Et facile id erat, quum fere ubique numeri annorum adiecti talem suppeditent, quam quidem Bolsuingius, si fontes Orosii investigasset, aptiorem passim reddere potuisset.

Tractandi ratio lecti a Nostro historiarum argumenti, partim iam in antecedentibus declarata, nonnisi ut supplementa quasi observationum nonnullarum adiiciamus, exigit.

Natura propemodum operis effecit, ut quas elegerat res in compendium redigeret, itemque in compensandi natura situm, ut eo ipso res quasi faciem suam permutent, saepius etiam perspicuitate exuantur, idque tanto magis, quo minus auctor, quod compensaturus est argumentum, perspectum et intellectum habeat. Quomodo in hisce versatus sit Orosius, ut toto in opere commoda elegerit, evitarit incommoda, ut rem suam vel iuverit vel offenderit, ut disposuerit et distribuerit, in universum iam vidimus. Restant autem in singulis adhuc plura, nunquam omittenda, quae vel maxime ad iustum et rectum de opere Orosiano iudicium necessaria videntur; magni sane momenti, quatenus praecipue ipsa scriptoris intentio magis minusve inde appareat. Omissa igitur, cuius iam meminimus, nec ipse ignarus erat auctor,[19]) obscuritate per compendium rerum[20]) et excerpendi fontes rationem nata, prae caeteris hoc admonemus, Orosium non

19) Cf. praef. libri III p. 145. et al. — Molem rerum saepius certe incommodam Nostro, indeque sequentia supra vidimus; sin autem iterum iterumque propter illam de omittendis omissisque se excusat, calliditatem quandam suspicemur, praesertim si de temporib. talia innuere videtur, de quibus sine dubio referre nil habuit; ut I, 12. init.

20) Cuiusmodi multa exstant: ex. gr. IV, 7. p. 234. in Annonis clade, al.

solum ex more scriptorum aetatis suae facile ubicunque animadvertenda poetica passim dictione [21]) exornare sua, sed etiam scientem et ut adiuvet causam suam, saepius facta varium in modum paulisper immutare et invertere. [22]) Quod efficitur per positionem, coniungendi cum aliis modum, per singula verba, elocutiones, per omissa et per ascita, de quibus partim iam antea dictum est, et per quae alia media minuscula [23]) rerum et factorum habitus potest immutari, ita tamen ut contendi nequeat, vera in vere falsa esse conversa. His vero in rebus saepius crasse et insipienter agit, si v. c. nonnullis in locis nexum quemdam rerum, novum illum sane, sed sat ineptum et fere ridiculum sibi fingit et suo ex ingenio adiicit. [24]) Distinctior est auctio vel etiam minutio in peius factorum singulorum, [25]) qua ratione adeo usque ad falsa pro veris reddenda procedit. [26]) A quo genere quidem diversum, sed eidem etiam non dissimile est,

21) De quib. plura infra (addit. I.).

22) Qualia ex. gr. in omnib. fere, quae ad Iudaeos et Christianos pertinentia commemorat.

23) Ex. aptissimum exstat in Nostro III, 21. p. 196 sq. ubi cf. quae sub Livio in c. sq. ad h. l. notavi.

24) Veluti V, 18. p. 335. „Drusus, tantis malis (prodigiis sc. et huiuscemodi rebus) anxius" etc. — VI, 19. p. 436. de Antonio et causa proelii Actiaci „Qua elatus pecunia" etc. Huc quoque pertinent correptiones paganorum (?) propter persecutiones Christianorum, et alia huiuscemodi, quatenus non plane falsa aut arbitraria sunt.

25) Cf. II, 13. p. 122. de terrae motibus, ubi Romae in modum meminit, ut de illius temporis urbe minime scribi potuit. — III, 12. p. 172. coll. c. Iustin. fonte. — III, 16. p. 183. „pertinaci furore pervadit" coll. c. Iustin. „sine certamine". — III, 10. p. 166. pro CLXX, CCCLXX! — IV, 20. p. 273. in fin. et ibi Fabric. not. 37. — V, 4. p. 293. de magna pestilentia et mult. al. in loc. — Huc pertinent quoque maximi ubique, vel minimi numeri, undecunque collecti (de quib. iam antea), quamvis callide, tamen modo semper arbitrario immutati.

26) Impr. libri VI sub fin. et VII exempla praebent. — Num autem ne divinarit quidem Orosius, optimo iure de ipso accipi posse, quae in excursu (VII, 26. p. 530.) ironice inducto, quasi perversissime et maxime insulse paganos fecerit dicentes: „Sustinuimus te hactenus, artificiose quodammodo et callide fortuitas temporum mutationes Christianorum ultionibus coaptantem" . . . an haec fuerit calliditas calliditatum?

si facta per se recta, ut inserviant melius fini operis, temporibus falsis de industria accenset. In hisce omnibus calliditatem quamdam Orosii miremur oportet, quum fere semper ita rem suam agat, ut, paucissimis exceptis, ubique cuiusvis scriptoris auctoritatem secutus esse non sibi solum, sed etiam aliis videatur. [27]) Quod vero talia ausus est et audere potuit, magnoque adeo gavisus est successu, item indicio est, quem in modum iam aetate Orosii negligerentur auctores veteres, alioquin illi celeberrimi, et quem in gradum ars critica descendisset.

Appropinquamus Orosio ipsi, qualem in praefationibus, excursibus, epilogis cognoscimus. Singulis scilicet libris ex ingenio auctoris longior maximam partem praefatio sive introductio [28]) praemissa, epilogus brevior adiectus, excursus et epilogi inserti. Quorum disponendorum legem, si exemeris praefationes (et librorum epilogos), in universum non animadvertas; imo, utut rerum contextus occasionem praebuit, numero, dispositione et ambitu arbitrariis compositi exstant. Nam si causam investigas proximam, excursuum saltem et epilogorum, vel quodvis factum plus minusve aptum, vel etiam illorum simile quid in fonte Nostri invenies. Nec magis interior horum additamentorum nexus inter se, quem auctor ipse spectaverit, erui potest, quum potius, si quis est, fortuitus sit, nec nisi in eo positus accipi possit, quod praefationes etc. eandem iterum iterumque tractant causam, easdem, et variis et iisdem formis proferunt cogitationes. Nexus autem additamentorum cum historiis ex argumentis illorum elucet, quae, ut videbimus, arctissime cum fine operis totius coniuncta sunt.

---

27) Optimum huius generis exempl. exstat IV, 20. ubi sec. Livium quodammodo in fallaciam scriptorum invehitur, et paulo post (V. 3. impr. 16.) Valerium Antiatem, cui potissimum vituperium antea obiectum erat, in numeris edendis prae caeteris sequitur. Neque alia desunt. V, 20. Claudium, itidem IV, 20. vituperatum, in numeris sequitur. Cf. porro ad Nostr. III, 21. sub Liv. in c. sq. — al.

28) Non nisi ad libros primum, tertium et quartum praefationis nomen adpositum est in edit. Haverc., dum reliquorum introductiones ex arbitrio quodam capitibus adscriptae sunt.

Argumenta igitur in universum haec sunt: comparationes temporum priorum et praesentium, una cum inductione non solum e factis, vel dictis, vel dicendis, sed etiam ex causis quibuslibet corrogatis, priora praesentibus esse atrociora,[29]) passim addita vel significata vera malorum praesentium origine; admonitiones et evocationes ad intelligentiam et contemplationem; rariora autem haec sunt, conatu habito ad construendas historias vel totas, vel maiores earum partes, secundum interiorem quemdam in se nexum, ubi quidem semper in mystica abit Orosius.

Indoles Orosianorum additamentorum omnino *πολεμική*, quod idem indigetat ista inscriptio „adversus paganos". Praeterea modo negantem eam observamus, et hoc praecipue, modo affirmantem, quod rarius; pariter specialem atque universalem, quae respondet maximam partem affirmanti, ut illa neganti, nec tamen semper, neque hunc in modum, ut ubique alterum ab altero accuratissime possit disiungi, quoniam etiam ubi affirmat, semper fere negat, at non ubi negat, etiam affirmat semper. — Iam si praecipue redarguere conatur Orosius, hoc ideo facit, quod prima totius operis causa est refellere opprobria, et quod facilius id est quam sua defendere, ac simplici in comparatione variae refellendi rationes suppeditantur. Sin vero affirmandi asserendique partes minus amplectitur, id facit, quoniam saepius, ut ipsis eius verbis utar,[30]) de arcanis, quae paucorum tantum fidelium, quae fideles quodammodo obedientesque requirunt, loqui debebat, et quoniam haec tam operi quam paganis magis aliena, seque iis minus aptum sentit. — Quae memoravi specialia additamenta, haec, ubique certo subiuncta sunt facto, nec fere plus quam comparationem rerum praeteritarum et praesentium praebent, unde patescat melior harum conditio: ubi vero hanc observes inversionem, ut in prioribus sex libris praeterita atrociora maximam par-

---

29) „Nactus enim sum praeteritos dies non solum aeque ut hos graves, verum etiam tanto atrocius miseros, quanto longius a remedio verae religionis alienos" etc. praef. ad August. libr. I. p. 5. Quae ubivis redeunt.

30) VII, 1.

tem anteponat, colligenda inde lectoribus magis permittat quam ipse exsequatur, quum in libro septimo felicitatem temporum post Christum natum prae caeteris collaudet, nihilque nisi impietatem paganorum causam rerum infeliciorum, quae accidissent, arguat; ita ut hic potius feliciora,[31]) illic atrociora depingat. Passim, neque id inepte, malorum praesentium veram causam Romanorum suae aetatis pravitatem significat.[32]) — Neque ab alia deducendi ratione se abstinet, ita ut etiam ob hoc nulla in parte miseriarum iustam comparationem adhiberi posse demonstret „quia multo maiore molestia adficiunt, quantulacunque sint, ista quae sunt, quam illa, quae sive transacta sive ventura, etsi magna dicuntur, interim omnino tunc non sunt“.[33]) In evolvendis his omnibus vario modo graviter aeque atque ironice rem suam gerere studet.

Iam quos universales affirmantesque prae aliis censui excursus, praefationes, vinculum quoddam per totum historiarum contextum, ad certum quemdam finem coniungens, eruere et probare nituntur: ubi quidem cave concinnitatem, perspicuitatem, rebus insitae necessitatis deductionem exspectes, quarum in tractandis vere historicis Nostrum minime capacem vel potentem iam observavimus. Videmus potius hic quoque Orosium vinctum pio sane fidelique animo, sed etiam abeuntem in valde abstrusa, ne dicam ineptissima mysteria. Neque artificiosa cogitationum, etiamsi mysticarum, compositio est, sed hic quoque sicut aut tempus, aut locus occasionem obtulit, aut ipse voluit scriptor, diversis in locis quae sensit etiam prodidit. Ordo rerum, quem quis observare sibi videatur, itidem non est auctoris, sed fortuitus, vel etiam rebus ipsis datus. Attamen ut in mente fortasse Orosii inhaeserint, ordine quodam disposita, clariora cum mysticis breviter percenseamus.

---

31) At in prioribus etiam libris huiuscemodi nonnulla occurrunt, quorum quasi fastigium exstat in praef. (cc. 1 et 2.) libri V, ubi et felicitatem sui temporis asserit et quanam in re ea posita sit, demonstrare conatur. Ad quod infra recurremus.

32) Cf. I, 16. II, 6. IV, 16. 21. 23 epilog. sane omni laude dign.

33) Praef. lib. IV. p. 212.

Deus, [34]) inquit Orosius, unicus, verus, quem omnes quidem sentiunt, at pauci tantum nec nisi per fidem intelligunt, ab initio peccantis hominis usque ad novissima tempora ordinavit omnia et disposuit in gloriam Christi filii et redemptionem hominum. Quem in finem quatuor constituit mundi monarchias, [35]) secundum quatuor coeli plagas, in oriente Babylonem, Romam in occidente, eodem tempore surgentem hanc et cadentem illam, novissimae hereditatem suam tradentem, et tutores quasi inter eas, Macedoniam a septentrione et Africam (Carthaginem) a meridie. [36]) Bis septingentos fere annos Babylonia stetit, imperitavit, septingentos annos Macedonia duravit aeque ac Carthago, atque Roma septingentesimo anno urbis maximo incendio „paululum numeri huius occursu" offensa, [37]) sed non eversa est. [38]) Nam eam, quam „assumpto pauperrimi status pastore" [39]) fundavit, idem Deus unicus, verus, neque dii paganorum plurimi, per varios casus et discrimina rerum servavit et ad imperii fastigium et unum „eundemque fortissimum et clementissimum" traduxit imperatorem Octavianum Augustum: sub quo Christus voluit nasci, ut orbe toto unius imperio subiecto „pace latissima, novi nominis gloria et adnuntiatae salutis velox fama, inoffensae percurrerent, et discipulis Christi, civibus Romanis inter cives Romanos obeundi et disserendi tuta esset libertas". Quadragesimo tertio anno primi omnium regum Nini (cuius pater Belus, alias regum primus, obscurus) natus est Abraham, ex cuius semine repromissus est

34) Cf. maxime II, 1—3. III, 8. (IV, 17.) VI, 1. 17. 20. 22. VII, 1. 2.

35) Per saecula dein servata de quatuor mundi monarchiis opinio orta videtur ex interpretatione illa somnii regis per Daniel. prophet. 2, 31 sqq.

36) Documenta harum rerum mystica v. II, 2.

37) Cf. VII, 2. p. 455. et ibi „septenarius ille numerus, quo iudicantur omnia"! Propterea et opus suum septem in libros distribuisse Orosium credam, ut librorum numero mysticam quasi vim adiiceret argumento.

38) Alia temporum et fatorum convenientia inter Babylonem et Romam exstant ll. ll.

39) VI, 1. p. 366.

Christus, natus anno quadragesimo secundo primi omnium imperatorum Augusti (cuius pater Iulius Caesar metator imperii potius, quam ipse imperator). [40]) „Natus est autem VII Kal. Ianuarias, [41]) quando primum incrementa omnia anni venientis incipiunt. Ita factum est, ut cum Abraham anno quadragesimo tertio natus sit, sub fine quadragesimi secundi nativitas Christi conveniret, ut iam non ipse in parte tertii anni, sed in ipso potius tertius annus oriretur"!? [42]) Tum pace latissima, ad quam Christo adventante gentes undecunque festinaverant, bellis radicitus exstirpatis, Iano clauso, [43]), primum censum agi singularum ubique provinciarum et censeri omnes iussit, qui Domini nomen humiliter recusaverat, Augustus, quoniam et ipse Dominus Christus civis dici voluit Romanus. Cuius vere Domini, sed formam servi humiliter assumentis, humilitatis institutio ut aptior fieret, tum demum tradita est, quum iam superbiae, omnium priorum malorum ultimae causae, punitio, omnibus unius dominationi subiectis, mentibus hominum inusta esset.

Neque postea mystica desunt, diffusius postremo prolata in comparatione Israelitarum et Christianorum, Aegyptiorum et Romanorum, decem Aegypti adflictionum et correptionum Romanorum propter decem Christianorum per-

---

40) Similia alia iam II, 2. de Babylone et Roma, Nino et Proca, quae Deum disponentem omnia et electionem Romae probent.

41) Cf. alias huc spectantes relationes mysticas inter Augustum et apparitionem Christi VI, 20.

42) VII, 2. p. 456. Libenter profiteor, me haec mystica non plane perspecta habere. Unde vero partim saltem ea sibi finxerit, infra c. sq. sub Euseb. Hieronymo videbimus. Praeterea huiuscemodi mystica valde adamarunt iam Orosio longe priores, Ambrosius, qui ea a Graecis acceperat, et alii.

43) Ianum clausum impr. et apertum observat Noster per totum opus (pp. 163. 246. 444 et 445. 448 et 7. 456. 511.). Constat autem falsa hic (pp. 448 et 7.) ab Orosio, Christianam sane traditionem (v. ill. Ideler Hdb. der Chronol. II, 399 sqq. Lehrb. 424 sq.) quod attinet nativitatem Salvatoris sequente, proferri. Cf. interprett. ad Suet. impr. Octav. 22. et quem non consecutus sum, (a Bährio [röm. Litt.-Gesch. p. 787.] laudatum) Masson: de Iani templo reserato. Roterod. 1700. III, 1. §. 6. et III, 2. §. 1.

secutiones.[44]). Praeterea totus fere liber septimus hisce refertus, quorum tantum celebrati Christiano sub imperatore Philippo anni urbis millesimi meminerimus; ex his vero sparsis vix structuram priori similem conficiamus.

Quorum mysticorum quamvis argumenta et demonstrationes partim valde dubiae, partim etiam falsissimae sint, tamen Orosio sunt persuasissimae, ita ut dentibus insanientium commissurum se propterea confiteatur, certe autem veritatis praesidio liberatum iri.[45]) Neque dubium, quin quamvis nobis ista notis ex causis ineptissima, planeque reiicienda necesse sit videantur, tamen sicut ipse Orosius maximi eadem censuerit momenti, item apud posteros per saecula maximum habuerint pondus, nec paucissima in scriptoris auctoritatem contulerint.

Additamentorum hoc vel illud primo aspectu leve dictisque omnino non adnumerandum videatur, tamen si accuratius perpendas, semper omnia ferme atrocitatem quodammodo praeteritorum contra praesentia innuunt, vel alias arctissime causae finique operis iniuncta sunt.[46]) Alibi additamentorum discrimen nonnisi in varia eandem rem tractandi ratione positum. Accuratius differunt ab aliis, quae et nominantur praefationes librorum primi et tertii utraque ad Augustinum adlocutio, de opere eiusdemque difficultatibus in universum agentes. Breviora alia additamenta Orosiana, ex parte eundem in finem intendentia, atque alia diffusiora, partim nimis longa, in locis nonnullis praecipue libri ultimi, ut quae catholicam [47]) certe auctoris fidem probent, inserta significasse sufficiat.

Denique saltem praemoneam, quotquot insint meliores

44) VII, 26 et 27.

45) II, 2. extr.

46) Ut ex. gr. excursus capitum 5 et 15 libri VI, in quibus respectu quodam habito ad prolata in primo eiusdem libri capite, ea opprobriorum pars attingitur, qua omissus multorum Deorum cultus in causa malor. praesentium esse dicebatur; et demonstratur dubitationem de diis colendis iam ante Christianam affuisse religionem et aeque atque hanc in illorum abolitionem operatam esse.

47) Cf. VII, 33. in fin.

maxime cogitationes et opiniones excursibus his et caeteris, quae dixerim Orosianis, has Orosii quidem non esse, sed potius, ut omnia fere alia, vel tralaticias, vel aliunde sumptas. Verum tamen Orosiana nominare ea et probare non dubitavi, quum certe, quod nos dicimus theoretice, in succum et sanguinem Nostri transiissent, atque ex animo certissimo, adeo fervente interdum proferantur.

CAPVT III.
DE FONTIBVS LIBRORVM.

Maximum sine dubio momentum iusti certissimique de eiusmodi scriptore, qualis est Orosius, iudicii accurata investigatio est fontium et demonstratio rationis, qua iis usus sit. Nam his modo erutis et patefactis, meritum aut operis totius, aut partium eius singularum, vel casu factum, respectu ad alia habito, fortuitum, vel absolutum, in se positum censeri potest. Huc spectantia quaedam partim iam capite superiore allata sunt, quatenus ex indole et natura operis Orosiani, atque ex ipsis auctoris dictis, sive apertis, sive velatis quasi, fontium advocandorum modus, quem secutus sit scriptor in componendis historiis suis colligi queat; tamen in his ipsis, ut item capite praecedenti innuebatur, tanta animadvertitur inconstantia, ut ex illis, quas dixi, notis, ni accuratius perpendere velis singula quaeque, sine periculo fallendi te ipsum, de fontibus Nostri et rebus huc pertinentibus minime possis diiudicare. Idem quoque, qui de Orosii fontibus adhuc iudicia fecerunt, quos mihi quidem inspicere licuit, ad unum omnes probant: ubicunque deerat singulorum quorumque perscrutatio accurata.

Nam si Orosius in praefatione ad Augustinum „praeceperas ergo, inquit, ut ex omnibus qui haberi ad praesens possunt, historiarum atque annalium fastis“ praeteritorum temporum gesta „ordinato breviter voluminis textu explicarem“; ac si paulo post [1]) de viris scribendi studiosis, tam

1) I, 1. p. 6.

apud Graecos quam Latinos, vel de veracissimis scriptoribus [2]) loquitur; si aliis in locis [3]) aeque indefinite, et in universum et quod singula attinet facta, de multis disserit auctoribus, adeo nonnumquam tam Graecorum, quam Romanorum aliquem laudat: minime haec omnia, ut de fontibus Nostri coniiciamus, nedum iudicemus, sufficiunt. Etenim paululum tantum perscrutati, quantopere diffidendum sit Orosio in talibus, optime perspicimus, quum minime laudatos omnes re vera secutus sit, neque quos est secutus nominet omnes, nec denique fontes nominatos aut ubique, aut in locis maximi praesertim momenti laudet: ita ut prae caeteris veri Nostri fontes a fictitiis segregandi sint, quod sane nisi evolutis ubicunque illis fieri non potest. Sunt autem Orosio veri fontes non multi, quorum hos tantum laudat: bibliorum sacrorum Moysen et evangelia, dein Iustinum, Livium, Eutropium, Suetonium et Tacitum; quibus haud dubie nusquam laudati accedunt Eusebius-Hieronymus, Florus, Caesar; verisimillime, qui dicitur cosmographiae auctor, Aethicus, Rufinus in historiis ecclesiasticis; fortasse, sed quod addubitare licet, Herodotus. Contra ex laudatis auctoribus non adhibuit Graecos, Platonem, Palaephatum, Phanoclem, Polybium, Iosephum; [4]) Romanorum autem Pompeium Trogum, Fabium, Valerium Antiatem, Claudium, Sallustium et fere ignotum Galbam. [5]) — Laudatus quidem,

2) I, 3. p. 36.

3) Ex. gr. IV, 5. p. 224. IV, 13. p. 250. V, 15. p. 321 et 326. VII, 4. p. 462. VII, 10. p. 483. VII, 12. p. 488. al. — Minime his et aliis huiuscemodi locis ex elocutionibus pluralibus, ut „historici tradunt", „ut quidam ferunt", „aliquanti Graecor. libri" de plurium etiam scriptorum usu apud Orosium colligi posse, infra saepius videbimus: quum verbis istis non plane descriptis, facile possit demonstrari, qui et quot auctorum Orosio notorum atque adhibitorum ibi intelligantur.

4) De quib. cf. inf. §. 8.

5) De Pompeio Trogo cf. sub Iustino. §. 7. — Fabii laus (IV, 13. p. 249.) e Liv., fortasse ex Eutropio III, 2. descripta est. Laudes Valerii Antiatis (IV, 20. V, 3 et 16.) et Claudii (IV, 20. V, 3. 4. et 20.) item e Livio sumptae; cui aeque Galbae* (de bello Sertoriano: V, 23. p. 356.) nomen debere videtur Orosius. — Sallustius bis citatur: VI, 6. p, 385. de Catilina, cuius coniuratio propter Sallustii librum celeberri-

minime vero tamquam fons, quem tamen varie certoque quodam respectu imprimis Nostri fontem accipiamus, est Augustinus. Denique partim laudati, partim significati tantum, quos Orosii fontes credere liceat, sunt poetae (Homerus), Virgilius, (Ovidius), (Lucanus et Claudianus). Adspersa Ciceronis rarissima et bibliorum sacrorum,[6]) ac Plinii minoris [7]) nomen huc non pertinent.

Iam quod ad rationem spectat, qua utitur Orosius fontibus suis, pro una eademque re semper fere unum tantum advocavit scriptorem, in quo tractando eadem fere semper via incedit, ambitu solum fontium maiori aut minori passim quodammodo suppeditata; ita ut omnium ferme pannos, locos ad verbum translatos, excerpta vel auctorum verbis, vel ex ingenio magis Nostri conficta invenias. Sed etiam pro rebus iisdem scriptores assumptos plures observamus, hunc tamen in modum, ut ubique fere unus praeponderet, non ut e perpensis uniuscuiusque relatis optimum eligatur, sive praestantius quid eruatur.[8]) Qui plurium auctorum in re una eademque usus imprimis in historia apparet Romana, ubi Livio subiunxit Florum et Eutropium, quibus postea Suetonius accessit; dein aeque coniunctos habes Eusebium-Hieronymum cum Suetonio et Eutropio, denique hunc et Hieronymum. Ubi in historia praecipue Livium, in factorum electione Eutropium secutus, a Floro nil nisi verba fere mutuatus est; postea vero consentientibus Suetonio, Eutropio et Eusebio-Hieronymo (nam ille saepius horum fons), ac denique consonis Eutropio et Hieronymo (ubi hic illum excerpsit) difficilius quidem, hoc autem certum fere

---

mum omissa dicitur; et VII, 10. p. 483. de Domitiani bello Dacico! ad quod, si quis huius nominis, certe ille minime laudandus erat!

* Sulpic. Galba, imperatoris Galbae avus: cf. G. Voss. de hist. Lat. I, 18. (Nepot. Hannib. 13. Plut. Romul. 17. Sueton. Galb. 3. quib. adi. hunc Nostri loc.)

6) De poetis, Cicerone etc. cf. inf. addit. 1. et §. 5.

7) VII, 12. p. 487. ex Euseb. Hieron.

8) Memineris tamen velim, sermonem hic esse de arte critica historica; nam quomodo in eligendis non optimis ubicunque, sed fini potius operis aptissimis versatus sit, id iam supra dictum, minime quis arti vere criticae adscribat.

discrimen, ut Christiana omnia et paucula alia ex Eusebio, profana ex (Suetonio et) Eutropio sumpserit Orosius. Caeteri, quos Nostri fontes iam indicavi, exceptis fortasse aenigmatis Herodoteis tantum, omnes ferme magis iuxta se positi, ita ut facile segregari possint, quam sibi immixti exstant. In universum autem, quousque operis ratio non intercesserit, aut quas superiore capite exposui, causae aliae eum non averterint, pedissequus fontium suorum videtur Orosius. — Quae quum ita sint, artem vere criticam a Nostro exercitam esse vix quis contendat; nam potius ubi ea opus fuisset, si quando a more solito discederet duosque tantum vere sibi conciliare studeret, abstrusum, confusum, in errores abeuntem cernimus eum,[9]) etiam iis ipsis in locis aliis insuper reprehensionis causis suppetentibus. Attamen artem criticam sapientia exstant nonnulla, primum tribus in locis libri primi (I, 5. 8. 10.), et in reliquis nonnumquam, quatenus minorum fontium errores auxilio maiorum evitet, uno sane in loco fontem emendare velle videatur (VII, 11.), alias in fallaciam scriptorum invehatur (impr. IV, 20. p. 270.), denique, si vis, res gestas et sibi et fini operis adaptet. Haec quidem maximam partem fortuita magis et arbitraria, ideoque partim etiam castiganda, quam veritatis studio recepta.

Iam vero utut sese excipiunt et in librorum contextu occurrunt scriptores Nostri fontes, una cum accurato indice rerum ex iisdem petitarum, quot quantaeque sint per totum opus, ubi inveniantur, quem in modum sive conscius sive inscius iis abutatur, aliisque notandis notatis, ordine sequantur; addita post tabula librorum et capitum copiosa, ex qua, quousque alios secutus est, perspici possit, quemadmodum composuerit et confecerit Orosius historias suas.

§. 1. AVGVSTINVS.

Quamvis propemodum divinari potuisset, Augustinum, Orosii praeceptorem, Orosiani operis proprie auctorem, ipsumque similis operis celeberrimique scriptorem, cuius

9) Cf. quae ad II, 19. IV, 14. VI. 21. al. annotavimus.

paene dimidia pars in lucem iam prodierat, quum Noster historias suas conficeret — Augustinum igitur in his historiis quasi exstare, tamen nemodum hoc animadvertit aut indicavit. Neque vero in universum tantum, sed etiam in singulis Orosii historiis Augustinus ita recognoscitur, ut etiamsi iuxta reliquos Nostri fontes singulari quadam ratione incedat, tamen iure illis adnumeretur (quatenus eos quidem intelligamus aliorum operum fontes, quorum sive res sive rationes in his exstant et probantur), et iure aliis Nostri fontibus anteponatur, quoniam prae caeteris auctoris et personam et opus quasi perfundit.

Librorum de civitate Dei praecipue quinque primi sunt, qui, ut Augustinus ipse ait,[10]) „eos refellunt, qui res humanas ita prosperari volunt, ut ad hoc multorum deorum cultum, quos Pagani colere consueverunt, necessarium esse arbitrentur, et quia prohibetur, mala ista (praesentia sc.) exoriri et abundare contendunt“: qui eandem plane neque absimili ratione tractantes causam atque Orosius, ab eodem imprimis pro exemplo habiti sunt. Magnum sane discrimen inter Orosium intercedit et Augustinum, quum hic ubicunque in veras rerum causas inquirens, malorum praesentium originem in hominum suae aetatis pravitate positam demonstrare studeat, et probandarum modo rationum suarum causa historiam ad partes vocet; ille historiam ipsam primum argumentum et documentum anteponat, ac modo data passim occasione rationum expositiones praefationibus, excursibus et epilogis sparsis adnectat: quum Augustinus semper omnia, quae sint eruenda vel velit eruere, etiam eruat, Orosius semper fere unam eandemque percenseat partem rerum, alteram significet, adumbret tantum et ne hoc quidem. Attamen utroque in eundem intendente finem, et ubique eandem, quae maximi erat momenti, causam pertractante, minime nobis mirandum, noto auctorum et operum eorum nexu, si circa formam vel argumenta in singulis aeque atque in universum certam saepius et apertam offendimus similitudinem; nec perperam Augustinum Nostri in his fontem

10) Retractt. II, 43.

contendamus. Hic autem inversam fere videmus proportionem eiusmodi, ut Orosius quos annectit excursus etc. his subiungat factis rebusque gestis, quas Augustinus interdum documenta expositionum suarum allegavit, (et factorum illorum vix ullum Orosius omisit), nec raro argumenta, formae adeo et elocutiones similes atque in Augustino occurrunt. Omnes praeterea adhortationum, evocationum ad temporum comparationem et intelligentiam, inductionum et invectionum varii modi, quos habemus apud Augustinum, simili aut paulum mutata ratione etiam apud Nostrum inveniuntur; item ubicunque eadem iudicia sive breviora sive longiora. Et quae ex his optima censeamus oportet — i. e. exceptis mysticis, quae saltem non reiecisse videatur Augustinus, plurima — quae iam supra quodammodo tantum Orosiana et tralaticia potius significavimus, ea omnia debet Noster Augustino. Nam is inter alia multa suppeditavit, quae congessit Orosius de Deo uno, rectore omnium, idemque suggessit, quae veras miseriae sui temporis causas adumbravit Noster, nec minus obtulit idem opinionem de felicitate suae aetatis, posita in orbem amplectente Romano-Christiana civitate, ex qua patriam ubique agnovit Orosius, quum vera omnino non sit huius terrae. [11]) Est illa generalis sentiendi et opinandi ratio, quam Augustinus partim traditam ipse susceperat, partim exornaverat evexeratque ad fastigium, sequentium temporum regula quasi et summum exemplum, eademque mentibus Christianorum tunc catholicorum inusta erat.

Praeter hanc universalem magis, minime vero ambiguam Augustini operisque eius in Orosium vim, aliam quoque cer-

11) V, 2. — Qualia ap. Tertullianum iam et alios, apud Augustinum et discipulos eius ad fastigium quasi elata, ea sunt, quae theoretice magis in Nostrum transiisse supra commemoravimus, quum alias nec patriam terrenam neget Orósius, nec de perdita tam facile consolatus se esse videatur. Ab altera vero parte, quousque mentibus hominum inhaeserint haec reipublicae servandae damnosissima, et quae per religionem demum Christianam tradita erant, iustam sane criminationum et opprobriorum causam praebuissent paganis, si quidem vidissent, nec ipsi propter inertiam et lasciviam pari subiecti essent reprehensioni.

tiorem et strictiorem in singula observamus, non solum quod ad formam pertinet — cui in utroque fontes saepius verbotenus implicitos ac poetarum locos, et Virgilii, Lucani et Claudiani praesumtionem adscribas — sed etiam quod attinet ad memorabilia quaedam et res gestas earumque expositionem, quae imprimis, quum factorum saepius unus idemque utriusque fons statui possit ac debeat, secundum illam Augustini passim condita est apud Orosium.

Denique loci, in quibus praesertim hoc vel illo modo Augustinus vim quamdam in Nostrum exercuisse videtur, enotentur; sunt autem hi fere:

Oros. II, 12. p. 119. sec. Aug. III, 17. p. 87. (ed. Lips. 1825. 8.) cf. et sub Liv.
Oros. II, 19. in fin. cf. Aug. I, 1 et 7. III, 29 et 31.
- III, 4. cf. Aug. I, 32. III, 17 et al. — Aug. ipse laudatur hic ita, ut appareat Orosium, de qua praeterea Christiani tunc omnes consentirent re, solius Augustini dictis et rationibus congrua prodere.
Oros. III, 8. p. 163. cf. Aug. III, 9. extr.
- III, 22. p. 199 — 200. cf. Aug. III, 17. p. 88.
- IV, 1. (p. 214.: proletarii)
(p. 215.: invect. in Delphic. oracul.)
- IV, 2. (p. 218.: pestis)
- IV, 11. (p. 244.: inundat. incend.) } cf. Aug. l. l.
- IV, 12. (in excursu.)
- IV, 21 et 23 in fin. cf. Aug. I, 31 — 33 et al.
- V, 1 et 2: Aug. (cf. et d. c. D. III, 23?)
- V, 4. p. 294. ex more Aug.
- V, 22 et 24 in fin. libr. cf. ex. gr. Aug. vers. fin. libr. III.
- VI init. (ut et in al. init. II) cf. Aug. in libr. IV pll. loc.
- VI, 2. p. 370ᵃ (Mithridat.) cf. Aug. III, 22.
- VII, 35. cf. Aug. V vers. fin.
- VII, 37. cf. Aug. V, 23.
- VII, 39. cf. Aug. I, 1. (Alias.)

Strictius igitur et arctius quodammodo accipiendum, quod Orosius in praefatione „Nam cum subiectio mea, inquit, praecepto paternitatis tuae factum debeat, totumque tuum sit, quod ex te ad te redit, opus meum; hoc solo meo cumulatius reddidi, quod libens feci". [12])

---

12) P. 3. ed. Haverc.

§. 2. EVSEBIVS-HIERONYMVS. [13])

Cui primus post Augustinum debetur locus propter aeque magnam in opus Orosianum et singulas eius partes vim, quemque prae caeteris in vere historicis ascitum cognoscimus, Hieronymus est. Notum enim, eum chronici Eusebiani partem alteram in latinam vertisse linguam, auctiorem interdum reddidisse, denique ad annum usque Christi 378 continuasse. Qua translatione Orosius, quamvis neque Eusebii, neque Hieronymi ullo modo aut usquam meminerit, dupliciter usus, aut facta inde mutuatus est, vel impulsus ad commemoranda ea per chronicum, aut notitias suas chronologicas, magnam saltem partem, secundum fastos illos ordinavit, vel etiam computavit. Primum quidem facile probari potest, alterum vero difficilius: sed quum illud per se huius sit documentum, neque id parvum, nec solum qua sumpta sint ratione, tam facta quam chronologica e chronico Eusebiano, discerni possit, sed partim adeo debeat, facta desumpta antecedant chronologicis.

Chronicon Eusebianum ad partes esse vocatum quod attinet facta, sive tamquam fundum rerum commemoratarum, saepe conspicimus per totum librum primum Orosii usque in initium (c. 4.) libri secundi. Inde-vero, ubi Noster, etiam propter chronici ipsius indolem, quippe qua unice fere ad Orientem respiciatur, in historia Romanorum ad alios iam transiit fontes, passim modo Eusebiana, at certissima occurrunt per reliqui libri secundi contextum usque in principium tertii. Liber Orosii quartus quum unum tantum adferat ex Eusebio, quintus nihil, sextus item non nisi unum, eo plura et maiora exstant per maximam libri ultimi partem. Qualia exsignanda et huc respicientia singula iam ipsa sequantur.

Prima Eusebii-Hieronymi vestigia reperiuntur in Nostro I, 1. p. 7., ubi quae proferuntur temporum supputationes, ex illis, vel illo sumptae sunt; eosdemque, si vis, recognoscas in annorum numero regni Nini I, 4. p. 37. (cf. infr. ad II, 3.), quum Iustinus, quem in aliis l. l.

---

13) Ubi laudatur chronic. sive sec. ann. sive pagg. (Col.) Roncallii ed. est. Tom. I. vetustior. latinor. scriptt. etc.

sequitur Orosius, huiuscemodi nil habeat. Dein de Telchinum et Carpathiorum bello, deque eorum in insulam Rhodum migratione (I, 7. p. 45 sqq.) item Eusebius auctor est, quodammodo ampliatus, quem cf. ad an. Abraae 232 (Col. 111.) et 281 (Col. 119.) [229 et 276 ap. Scal.]; nec minus idem (a. Abr. 220. (Col. 114.) et 254 (Col. 118.) [236 et 260 ap. Scal.]) in brevi de Ogyge expositione l. l., ubi Nostri „in Achaia" p. 47. per lect. ms. Fuxensis iuvatur (cf. not. c. Col. 118.). Tum Orosius temporis famis Aegyptiacae significationem I, 8. p. 50. pariter ex Eusebio addidit, quem cf. ad an. Abr. 294 (Col. 125. impr.) [cf. et not. 28. Fabricii ad h. Nostri loc.]. Item ad totum c. 9. libri I. p. 51 — 52. impulsum credam Nostrum per Eusebium; ubi vero quum initio Iustini usus sit verbis, suo ex ingenio, ut opinor, ampliata et reficta solum sequentia ex illo protulisse nobis videtur: de Aethiopiae pestibus, ubi etiam Plato est laudatus, haustum ex Eusebio (a. Abr. 495) (Col. 154.) [490 ap. Scal.] et de Libero Indiam subigente (Euseb. a. Abr. 562) (Col. 166.). Neque dubium est, quin quae I, 10 in fin. p. 57. de Phaethontis incendio fusiora leguntur ap. Orosium, ea ab Eusebio profecta sint (cf. a. Abr. 491 (490) (Col. 153 et 154.), ibi enim quae in Nostro, alio e fonte, de Pharaone et Moyse praecessere breviter memorata exstant). Idem fere accidisse videtur de argumento capitis 11 p. 58 — 60., quod brevi spatio breviter significatum invenit ap. Euseb., et ex sua cognitione rerum accuratiore amplificatum inseruit. Est quidem mentio Danai, Busiridis, Terei, Persei, quorum meminit Euseb. a. Abr. 554 (Col. 166.) 534 sive 543 (Col. 161 — 165.) 553 [546 ap. Scal.] (Col. 165.) et 643 [640 ap. Scal.]. Post autem I, 12. p. 60 — 62., num Orosius ex Eusebio expromserit, quae ineunte capite obiter adfert: 1160 exstitisse annos regni Assyriorum sub quinquaginta regibus ad Sardanapalum usque, dubium fortasse, quoniam Eusebius ad a. Abr. 1197 Assyriorum regno 1240 annos adscribit, nec plus XXXVI reges usque ad Sardanapalum numerat; [14]) minime vero dubium, quin quae p. 61. Orosius de Ganymede enarrat, ab Eusebio ad a. Abr. 657 (Col 182.) mutuatus sit, cui aeque atque hic Phanoclis [15]) laudem, in statim sequentibus Palaephati nomen (ad a. Abr. 695 [697 ap. Scal.] (Col. 185.)) furatus est. Eusebius enim al. in loc. (cf. ad a. Abr. 695 [696 et 697 ap. Scal.] et 710.) ad commemorationem fabularum hoc capite significatarum incitavit Nostrum. Idem est in c. 13. p. 62 — 63 de bello inter Cretenses et Atheniens. (a Nostro ampliat.) et de Lapitharum et Centauror. bello, ad quae cf. Euseb. a. Abr. 782 [776 ap. Scal.] (Col. 201.) et 775 [trienn. prius ap. Scal.] (Col. 202.), e quo Palaephatus de incredibilib. ab Orosio descriptus est. In c. 17. p. 70. annum sibi sec. Euseb. computasse, ideoque rebus locum adsignasse

---

14) Animadvertit idem Scalig. canon. isagogicor. l. III. p. 321. in thesauro tempor. ed. 1658.

15) Cf. Scaliger. animadv. ad Euseb. l. l. p. 41. (44.)

videtur Orosius. Praeterea hoc sicuti sequens quoque caput e sua ipsius cognitione rerum confecit Orosius; ubi vero „Thraces nova in bella surgentes“ c. 18. p. 72. item fortasse per Euseb. suppeditati, quum eorum hic iterum iterumque inter a. Abr. 1012—1053 (Col. 239 et 243.) meminerit. [16]) — Capitis dein 20 notitia altera de Aremulo (p. 78.) ultimis verbis Eusebium-Hieronymum ad a. Abr. 1141 (Col. 161.) sapere videtur, id quod eo fortasse iuvatur, quod exordium insequentis cap. 21. p. 79. de bello Peloponnensium etc. et de incursione Amazonum in Asiam etc. ex Eusebio a. Abr. 935 (Col. 230.) et 937 [938 ap. Scal.] (Col. 227.) desumptum est, partim fere ad verbum.

In libro Orosii secundo sine ulla dubitatione quae leguntur relationes primum mysticae numerorum in c. 2. p. 87 sqq. ex Eusebiani chronici aspectu in Nostrum transiere, quamvis congruentiam exactissimam nec postules, neque invenias. [17]) Initio capitis, si vis, adhuc Iustiniana quaedam insunt (cf. sub Iust.), reliqua conceptione Orosiana dicta, ab Eusebio suppeditata sunt, quem cf. impr. a. Abr. 1198: „Arbaces Medus“ ibi (Col. 271.) inquit „Assyriorum imperio destructo regnum in Medos transtulit et interim sine principibus res agebatur, usque ad Deiocem regem Medorum. In medio autem tempore Chaldaei praevalebant, quorum separatae quaedam successiones regum feruntur“ etc. Unde scripsit Orosius p. 88. „Ita Babyloniae potestas ap. Medos, partem regni penes se retinuere Chaldaei“ etc. „unde factum est, ut Nabuchodonosor caeterique post eum — in numero — regum non habeantur inlustrium“. [18]). Reges enim Babyloniae (Assyriae) separatim in Eusebio enumerari desinunt, nec nisi in Iudaeor. historiis passim exstant, quum in locum eorum Medorum reges recipiantur. Item quae porro de convenientia temporum l. l. adfert Orosius, sec. Eusebium (a. Abr. 1457. 1480. (1482?)) plus minusve dicta sunt.

In c. 3. p. 89. anni regnor. Nini et Semiramidis accurate sec. Euseb. expressi sunt. Sequuntur prioribus similes relationes numerorum mysticae. [19])

---

16) At mendosissima capitis 19. p. 75—76., exceptis forsitan Chaldaeor., Phraortis et Dioclis (Deiocis) nominibus et prioris regni annis (22, in Euseb. 24), vix ex Euseb. sumpta esse possunt. Certe levissime hic versatus est Noster. Cf. etiam not. hunc Orosii loc. spectantem ad §. 8.

17) Ex. gr. p. 88. Babylonis per Cyrum subversionem aequalem facit regifugio, ap. Euseb. fere 50 annis disiuncto; II, 6. Tarquinium Sup. tantum aequalem facit Babyloni captae.

18) At vero fallitur: cf. Scalig. animadv. ad Euseb. p. 64. et canon. isagogicor. l. III. p. 322.

19) Neque hic accuratissimum videmus Orosium, quum regno Assyriorum 1164 annis adscriptis (cur, facile perspicitur), antea (I, 12.)

Capitis 4 initium, p. 92, tempus conditae urbis (Romae) sec. Euseb. declarare studet (cf. inf. §. 3.), cuius Olympiadum definitionem (cf. Col. 279—280.) ex verbis agnoscimus. Ibidem p. 95. fortasse etiam regum anni 243 sec. Euseb. (Col. 335—336.) dati.

II, 8 fin. p. 109. „Popillia virgo ob crimen stup. viva defoss.“, quae desiderantur in Livio, ad verbum fere ex Euseb. a. Abr. 1530 (Col. 338.) [1532 ap. Scal.] sumpta, quod etiam probatur per temporum significationem sec. Olympiadas et Darii mortem.

II, 17. p. 137. temporum declarationes relativae lin. 5. „biennio“ et lin. 6. „vix XL annis intervenientib.“ ex Euseb. a. Abr. 1617, 1619 et 1655 computatae videantur.

II, 18. p. 139. extr. de Aetna et de Atalante insula Eusebius auctor est a. Abr. 1590 [20]) et 1591 (Col. 346.). De Atheniensium pestilentia idem a. Abr. 1587 (Col. l.) esse videtur; sed quum is pestem initio belli Peloponnesiaci indicaret, Orosius leviter agit et res confundit, eam hic adferens.

III, 3 init. p. 155. Terrae motus — ex Euseb. a. Abr. 1637 (Col. 352.) itemque tempor. computatio.

III, 7. p. 161—162. Extrema pars capitis, inde a „Quibus diebus“ ex Euseb. a. Abr. 1661, 1658 et 1667 (Col. 353—354.) partim cum ipsis eius verbis desumpta. [21])

[IV, 5. p. 224.: „Eodem temp. Capparonia, virgo Vest., incesti rea, suspendio periit“ etc. num ex Euseb.-Hieronymo a. Abr. 1751? Nomen additum virginis et singula ad Liv. deperd. XVI fontem nos reiicere videantur. (Cf. Scal. animadv. Euseb. p. 135.)]

IV, 13. p. 250. Terrae motus, quo Rhodius ruit colossus ex Euseb. a. Abr. 1794. (Col. 371—372.)

VI, 18 fin. p. 435. Fons olei — fere verbotenus ex Euseb. a. Abr. 1976 (Col. 403—404.), expositionem etiam facti ampliorem (VI, 20. p. 442 sq.) Nostro suppeditante.

---

eidem 1160 adsignatis, si ad numeros respicimus et locos I, 12. II, 2 et 3. (6.) conferimus, instauratam, quam dicit, Babylonem cum condita confundat. At instauratae iterata mentio ad Euseb. ducit.

20) Quod ad tempus pertinet a Nostro male positum cf. Scalig. animadv. in Euseb. p. 107.

21) Omitti non debet, Orosium p. 162. lin. 7. verbis „quamvis prius victus“ in Eusebio non inveniendum, at e Diodori ll. XV et XVI, ed. Laur. Rhodomani. 1604. fol. pp. 359 et 445. probandum addidisse. Praeterea Orosius Hieronymi (a. Abr. 1658) „Ochus Apodasmo Iudaeor. capta in Hyrcaniam accolas — collocavit“ hisce, et quidem (fortuito?) rectius, reddidit „plurimos Iudaeor. in transmigrationem egit“. Nam illud „Apodasmus“ nil nisi graecum ἀποδασμός esse, iam Scalig. animadv. Euseb. p. 124. observavit.

In libro denique ultimo, septimo, ut iam dictum, Orosius Eusebio-Hieronymo praecipue est usus, ita vero ut facillime ferme et in rebus et in verbis recognoscatur chronicon. Tamen accuratissima ubivis definitio, unde sive hoc sive illud mutuatus sit Noster, difficilior eo redditur, quod quousque Suetonii vitae adsunt, eae, posteaque non minus Eutropius,[22]) qui itidem Suetonium excerpsit, in chronico ad partes vocantur, quum Orosius omnes tres, Suetonium, Eutropium et Hieronymum ad manus habuit, iisque omnibus uno eodemque tempore usus est. Ubi e minusculo saepius in huius illusve favorem discerni debet, saepius autem discrimen vix fieri potest. Sicuti inter hos tres, ita postea inter Eutropium et Hieronymum difficilius etiam diiudicandum.

Primum igitur in secundo libri septimi capite p. 453 sqq. denuo in numerorum relationes mysticas incidimus, quarum magna pars iam II, 3. proposita, hic latius iteratur, et quas aeque hic atque illic ex chronici Eusebiani comparationibus exortas accipiamus necesse est. Ne diutius his morer, quod ad Carthaginis et regni Macedonici spectat diuturnitatem (p. 454—455.) cf. tantum Euseb. Col. 383—384., ubi illi secundum auctores aliquos 668, sec. alios 748 anni adscribuntur (conf. c. Eutrop. IV, 5. extr. p.) et ad a. Abr. 1850 (Col. 379.) et 1204 (Col. 272.), unde huic 646 anni resultant. Igitur et in his minime congruentia accuratissima Orosio suffecit. [23]) — Ad historiam iam imperatorum Romanorum versi animadvertimus in universum eandem numerandorum eorum post Augustum rationem in Orosio et in Hieronymo, ex qua apud utrumque et tres illi Galba, Otho et Vitellius memorantur quidem, nec vero numerantur; item ubi res secundum annos imperatorum adfert Orosius, in hoc quoque Eusebium sequentem observamus; pariter etiam numeri annorum regni cuiusque imperatoris iidem maximam partem, sed et discedit alter ab altero. Praeterea haec habeas singula ex Eusebio-Hieronymo transscripta ab Orosio:

VII, 3. p. 458. „anno imperii Caesaris XLVIII" sec. Euseb. [24])

---

22) Multa verisimiliter Hieronymo imprimis debentur, qui a Troia capta usque ad Constantinum m., unde iam solus est, plura adiecit. Cf. praef. Hieron. p. 7. ed. Roncall. ac praeterea quae iam init. hui. cap. de hac fontium Nostri conditione praemisimus.

23) Cf. quae sub chronol. in §. seq. (Tab. II. p. 1.) ad IV, 23. et V, 3. annotavimus.

24) In edit. Roncall. 49 an. est: differentia saepius obvia, sed magni vix momenti. Cf. praeterea Scalig. animadv. Euseb. p. 179.

VII, 4. p. 459. „Sane IV imperii ei. anno“ sec. Euseb. a. 4 Tib. (ubi cf. Scal.)

ibid. p. 460. „At postquam passus est — comminatus est.“ suppeditata sunt ab Euseb. ad. a. Tib. 23. (Col. 425—426.) [fons autem omnium proprie Tertull. apolog. 5.]. [25])

ibid. p. 462. de passione Christi. a. Tib. 17. — oblata ab Euseb. ad a. Tib. 18. (Col. 421—422.) [26]) Nec minus evangeliorum ibi fides et aliquot Graecorum testimonia expromta, ex Eusebio, qui Phlegonis, Iohannis et Iosephi meminit, desumpta. Item quae sequuntur Orosii „Iam hinc post passionem Domini — strepunt“ nil nisi periphrasis videntur verborum Eusebii (a. l. Tib. Col. 423—424.) „Ex hoc loco considerandum, quantae deinceps calamitates Iudaeor. gentem oppresserint“; alio tamen respectu ap. utrumque dicta.

VII, 5. p. 46$\frac{4}{5}$ „Iisdem autem dieb. Iudaei — protectorib. occisus est.“ Haec consarcinata sunt ex plurib. Eusebianis ad a. Calig. 1. (Col. 425—426.) „Cai. semetipsum — refert.“ „Flacc. Avil. praef. — polluit.“ — a. Calig. 2 „Refert Philo — susceperat.“ — a. Calig. 3 (Col. 427—428.) „Pontius Pilatus [27]) — historici.“ „C. Petronio praef. — obstinatione.“ „Toto orbe Rom. — consecratae.“ „Plurimi — interfecti.“ „Cai. sorores — condemnavit.“ a. Calig. 4 „C. omnes — interfici.“ „C. a protectorib. — XXIX.“

VII, 6. p. 46$\frac{6}{7}$ „Exordio regni ei. Petrus“ . . . sec. Euseb. a. Claud. 2. (Col. 427—428.) [28]) — ibid. p. 468. temporis significatio, ex Euseb. a. Claud. 4 (Col. 429—430.) addita, ex quo et post „Orcadas — adiecit imperio“ sumpta, quum reliqua Suetonii sunt. — ibid. p. 469. lin. 10. „Anno imp. ei. V“ etc. Eusebii est ad a. Claud. 4 in fine. — ibid. „Anno ei. VII — referantur.“ Euseb. fere verbotenus a. Claud. 7 „Sub procuratore Iudaeae — perierint.“

VII, 7. p. 471. inter locos Suetonianos et Eusebii agnoscuntur verba

---

25) Cf. Rufin. hist. eccl. II, 2. — Unde vero quae de Seiano hic profert Orosius sumpserit, non vidi. Nec postea (p. 461. lin. 2.) anni definiti originem inveni.

26) De terrae motu hic memorato cf. Tacit. ann. II, 47. et Lips. ad h. l. Menda igitur non tam Orosii quam eius fontis. Evangelistor. nonnisi Matth. 27, 52. terrae motus meminit, quocum ille longe posterior confusus videtur.

De additamento Nostri cf. inf. not. 73. (§. 6.)

27) Quae de Pont. Pilato hic addidit Orosius, praecipue „postquam plurimas — fecit“, referend. ad ea, quae Euseb. a. Tib. 18 et 20 (Col. 423—424) de Pilato commemorarat.

28) Eadem ut supra differentia. Si quod hodie legitur in Eusebio rectum atque a Nostro iam visum esset, propter coniunctionem tum rerum sequentium, fini operis inservientem, Orosius maxime corripiendus esset.

a. Neron. 11 (Col. 435—436.) „Nero in Olympiade coronatur, cerycas, citharistas, trag., aurig. vario certamine superans." Ex quo eod. loc. sumpta, quae p. 472., verbis paululum immutatis addidit Noster „Centies centena" etc.

ibid. p. 47⅔. Christianor. persecutio; auctius quodammodo sec. Euseb. a. Neronis 14 (Col. 435—436.). — p. 473. lin. 11. „In Asia tres urbes" etc. verba Euseb. a Neron. **10.** [29])

Extrema pars capitis Eusebianis an. Neron. 14 (Col. 437—438.) similis quidem, sed Eutropii VII, 9. est.

VII, 9. p. 480. Aetatem templi Hierosolymitani sec. Euseb. a. Vespas. 4 (Col. 439—440.) accurate indicat. — ibid. „Iosephus vero Iudaeus — scribit undecies" etc. init. e Suetonio, post ex Euseb. a Vespas. 2 (Col. ll.). — ibid. p. 482. lin. 4. Provinciar. nomina vel e Suet. Vesp. 8. vel ex Euseb. a. Vesp. 6 (Col. 439—440.); terrae autem motus paulo post sequens a. Vesp. 9 et pestis Romae certe ex Euseb. a. Vesp. 8 et 9 (Col. ll. et 441—442.).

(De Vespasiani morte Eutropius et Eusebius consoni quidem, is tamen anno Vesp. 10, ille nono eam adscribit, ut et Noster.)

ibid. de Tito consentiunt fere Sueton., Eutrop. et Euseb. tantopere, ut vix discernas, quem potissimum secutus sit Noster: similitudo verborum fortasse max. part. in Eusebii favorem; exitus, propter unicum „ingenti omnium luctu" forsitan Suetonii.

VII, 10. p. 48¾. idem fere est atque in priori capite. Tamen procul dubio quae de Christianorum et generis David persecutione adfert Oros. p. 484., Eusebii sunt a. Domitiani 14 (Col. 443—444.) et 16 (Col. 445—446.). [30])

VII, 11. p. 485. „Hic primo" etc. ex Euseb. a. Nervae (Col. ll.).

VII, 12. p. 486—488. max. part. ex Euseb.: Christianor. persecut. Euseb. a. Traian. 10 et 11 (Col. 447—450.)

aurea dom. conflagrata — id. a. Trai. 6. (Col. 445—446.)
terrae motus Asiae et Graeciae — id. a. Trai. 7. (Col. 447—448.) [31])
item Galatiae [32]) id. a. Trai. 12.
Pantheon concremat. - - - 13.
Antioch. terrae motu subvers. - - 16.

p. 48⅞ motus Iudaeor. sec. Euseb. a. Trai. 17—19 (Col. 449—450.).

---

29) Inter punitiones persecutionis allatum a Nostro, quamvis quadriennio ante factum sit!

30) P. 484. lin. 6. pro „invidetur" — „diffiditur" ap. Oros. legendum esse censet Lessing. v. d. Art u. Weise der Fortpflanzung u. Ausbreitung der christl. Relig. Werke XI. p. 73.

31) Iterum ap. Orosium anachronismo in favorem, ut putat, rei Christian. posita.

32) Oros. p. 487. lin. 13. „eodem terrae motu"?! mira oscitantia a Scalig. animadv. Euseb. p. 206. iam observata.

Quae de Hadriani coloniis Libycis p. 488. inseruit Noster, ea ex Euseb. a. Hadriani 5 (Col. 451—452.) assumpsit.

Trai. mors ex Euseb. [33])

VII, 13. p. 488—490. Totum fere caput petitum ex Eusebio. [34]) „Hic per Quadratum — uxor ei. Augusta:" a. Hadriani 9 — 11 (Col. 453—454.) „bell. cont. Sauromatas gessit:" a. Hadr. 3 (Col. 451—452.) „Iudaeos sane — praecepit:" [35]) a. Hadr. 16—20.

VII, 14. p. 490—491. Hoc in cap. Eusebius a. Antonin. P. 1—3 (Col. 457—458.) et 23 (Col. 459—460.) ad partes vocatus est [cf. Eutrop.].

VII, 15. p. 492—495. Hoc in cap. recognoscitur Eusebius hisce loc.: p. 492. „Vologaesus" etc. Euseb. a. Ant. Veri et Aurel. Commodi 3 (4) (Col. 459—460.) [auctius vero in Nostro]. [36]) — ibid. persecut. Christianor. Eusebius a. ll. 7 (Col. 461—462.). — p. 493.: lues secuta, Euseb. a. ll. 8 (12.) (Col. 463—464.). — p. 494. res feliciter cessae Christianor. precib. Euseb. a. ll. 13—16 (Col. ll.). — p. 495 fin. cap. Euseb. a. ll. 17 et 19 (Col. ll.).

VII, 16. Hoc in cap. Eusebium impr. habes inde a verbis p. 496. „interfecit etiam" etc. a. Commodi 11 (Col. 465—466.).

capitol. fulmine ictum [37]) etc. a. Commod. 8. } [38])
incend. aliud Romae - - 12. }

---

33) Eutrop. VIII, 2. (al. 5.) verbotenus congruit cum Eusebio, sed quum hic habeat „Traianus morbo in Selinunte perit, sive ut alibi scriptum reperimus" (quae Eutropio desunt) „ap. Seleuc." etc. et Noster dicat „Trai., ut quidam ferunt, ap. Seleuc." etc, non dubium, quin et ultima haec ex Eusebio sumpserit, ut plurima priorum.

34) Linea 1 capitis antea „consobrinae" legebatur (cf. not. 2.). Menda orta ex Eutrop. VIII, 3, ut videtur, in Nostrum per Euseb.-Hieronymum transierat. Rectum iam in mss. codd. exstat.

ibid. lin. 5. pro „Serenum Granium" legendnm esse „Grannianum" demonstrat Scalig. animadv. Euseb. p. 213., quem et ad al. hui. cap. loc. cf. l. l. p. 213—214.

35) P. 490. iterum in favorem suorum adiecit Noster „Christianis tantum civitate permissa", ut postea p. 491. „benignumque eum erga Christianos fecit"; qualia fonti eius desunt, quorum primum iam Scalig. animadv. Euseb. p. 216. „vanissimum" nominat additamentum.

36) P. 492. lin. 7. „Lyciamque", rectius „Syriamque" cf. Grubitz. emend. Oros. — lin. 9. „cum quadringentis" Eutrop. VIII, 5. „c. XL" Euseb. a. ll. 4 „c. CCC mill." — Praeterea Noster in geographicis quodammodo copiosior, quam quos fontes ei. laudavi.

37) Orosius dicit antea „Flagitia regis poena urbis insequitur." Quales saepius obviae punitiones; praeterea et hic ordinem Eusebii videtur invertisse.

38) Haec ap. Scalig. in thes. temp. coniuncta leguntur, unde idem

Item caetera ad fin. usque capitis praecipue sequuntur Euseb. a. l. 13, cui praesertim p. 496. illud „in domo Vestiliani" (Vectiliani sec. Pontac. Scal. et Vallars.) et p. 497. lin. 3. illud „iurisperiti" debet Noster.

VII, 17. p. 499—503. Eusebius iuxta Eutropium, ut antea, adhibitus, praesertim minuscula quaedam inserenda Nostro praebuit: ita p. 500. Iudaeos rebellantes — a. Severi 5 (Col. 469—470.) — p. 501. persecut. Christianor. — a. Severi 9 (auctius?) — p. 502. ad res in Britannia gestas, plura — a. Severi 13—15 [ubi lin. 8. „CXXXII milia" c. Euseb. a. Sev. 14 scribit Noster, quum in Eutrop. VIII, 18 „C" omissum. Cf. Scalig. animadv. Euseb. p. 229.].

VII, 18. p. 504—508. Ut in capite priore: p. 505. de morte Caracallae Euseb. est a. l. 6 (Col. 471—472.). [39]) — ibid. et p. 506. de Macrino, numerus, ut semper, et illud „ap. Archelaidem" ex Euseb. est a. Carac. 7 et Macrini 1. — In Heliogabalo discerni nequit, utrum secutus sit auctorum; in Alex. Severo, praeter numerum, nil nisi illud „ap. Moguntiacum" (p. 508.) ab Euseb. a. Alex. Sev. 13 (Col. 473—474.) [40]) mutuatus est Orosius.

VII, 19. p. 509. Maximini Christianor. persecut. — (Euseb. a. Maximini 2? — cf. Rufin.)

VII, 20. p. 512—515. sec. Euseb. a. Philippi 1 et 2 (Col. 475—476.) exornatum ab Orosio. [41])

VII, 21. p. 515—516. Euseb. ascitus a. Decii 1 de persecut. impr. Christianor. et a. Galli et Volusiani 1 et 2 (Col. 477—478.); ultima capitis verba plane Eusebii sunt.

VII, 22. p. 516—519. Euseb. advocatus videtur a. Valeriani et Gallieni (1. 2.) (Col. ll.) et 4. [42]) 6. [43]) (Col. 479—480.)

---

in animadv. p. 226. „Totidem verbis ex hoc loco Orosius in suum librum transtulit. Sed duo incendia fuisse narrat" etc.

39) „ab hostibus circumventus" Nostri l. l. additamentum.

40) P. 50$\frac{7}{8}$ „Cuius mater Mammaea Christiana, Originem presbyterum audire curavit". Verba quasi glossema a Grubitzio em. Oros. p. 39. reiecta, ut videtur, recte; neque ap. Euseb. exstant. Intrusa vero videantur propter ea, quae cap. sq. p. 509. a Nostro referuntur de persecutione Christianor. sub Maximino.

41) Quum primus omnium impp. Christianus diceretur Philippus, ne quid de gloria eius detraheret, interfectorem antecessoris Gordiani, ut ap. Eutrop. et Euseb., indicare eum in fine cap. prioris callide evitavit Orosius, neque hic ab exornandis reb. et personis destitit. — „nullus auctor" p. 514. nemo nisi Eusebius et Eutropius. — („Decii fraude" p. 515., Eusebio probatum quidem in sequentibus, pro evitato superioris capitis „fraude Philippi" hic adpositum videri potest.)

42) De persecut. hac Christianor. cf. Rufin. h. eccl. VII, 9. quo hic quidem Noster non usus est. — De Valeriani sorte a Nostro am-

VII, 23. p. 520—522. Difficile dictu, quem hic descripserit Orosius; in collocatione rerum fortasse Eusebium, cui p. 521. lin. 4. illud „ap. Sirmium" debet, a. Claudii 2 (Col. 481—482.), sicuti quae in fin. cap. p. 522. de Aureliano adfert: Euseb. a. Aureliani 5.

VII, 24. p. 523 et 524. Initium Eusebii est a. Taciti (Col. 481—484.), in Probo Eutropium magis sequitur; in Caro forsitan Eusebium, sed vix discerni potest: cf. Euseb. ad a. Cari 1 et 2 (Col. ll.—486.).

VII, 25. p. 525—529. De Diocletiano etc. Eutrop. impr. ascitus, cui autem, additis tantum rebus ad Christianos adtinentibus, omnino fere consonus Eusebius; quem cf. impr. ad a. Diocl. 19 et 20 (Col. 489—490.) [44]) ap. Oros. p. 528., et a. Galerii 2 ap. Oros. p. 529 inf.

[VII, 26. p. 530. numerum tantummodo imperatoris, ut semper, ex Euseb adfert a. Constantini 1. (Col. 489—490.)]

VII, 28. p. 536—541. Hoc caput praesertim ex Eutropio haustum est, ad Christianos pertinentia p. 538. e Rufin. h. eccl. VIII, 18 et 19. Praeterea hisce in loc. Eusebius ascitus, partim et Eutropio immixtus videtur: p. 538. (lin. 19.) de Maxentii morte a. Constantini 7 (Col. 491—492.). — ibid. de Maximini persecut. Christ. a. Constantini 6. [45]) — ibid. de Licinio a. Constantini 11. — p. 539. (lin. 5.) de Crispo etc. a. Const. 10. — ibid. de Ario a. Const. 13 et 14 [46]) (Col. ll. et 493—494.). — ibid. de Constantini in suos saevitia plus saltem Euseb. a. Const. 20 sapiunt, quam Eutropium. — extr. p. cap. p. 540. denique ex his Eusebii locis (Col. 497—500.) confecta: a. Constant. 26 „Edicto Constantini" etc., a. eiusdem 27 „Romani Gothos" etc., a. eiusdem 28 „Calocerus in Cypro" etc., a. eiusdem 29 „Tricennalib." etc., a. eiusdem 30 (vel haec ultima etiam ex Eutrop. X, 4 fin.).

VII, 29. p. 541—544. Hoc in cap., in quo praeter Eutropium et Hieronymum, iam alios neque eos accuratius indicandos recognoscimus Orosii fontes, auditu fortasse relata habemus interdum; hisce autem in locis Hieronymi vestigia et ipsa eius verba exstant: p. 541 init. cap. — „decerptus est." Hieron. a. filior. Constantini 1 (Col. 499—500.). — p. 542.: de Ario et de terrae motib. Hier. a. eorumdem 2 [47]) et 4. — p. 543.: de bello Constantii Persico. Hieron. a. ll. 11. (Col. 501—502.)

---

pliatus Eusebius per Lactant. de mortib. persecutor. 5. probatur, quem Orosio notum fuisse credibile quidem, sed vix demonstrabile.

43) Ad h. a. Eusebii, de Gallieno ecclesiae pacem restituente, in Oros. p. 517., cf. Rufin. VII, 16.

44) Ad p. 528.: Credibile novisse Orosium Rufini librum VIII, quo agitur de hac decima, maxima Christianor. persecut.; tamen vestigia ei. in brevi Nostri notitia exstare, vix dici potest.

45) Ni forsitan haec ex Eusebio (a. l. 6 et 7) Eutropio immixta lin. 19—22 p. l. e Rufini VIII et IX cognitione orta accipias.

46) Cf. Rufin. X, 1.

47) Cf. Rufin. X, 11.

Eutropio immixtus, ubi impr. illa „novem praeliis" Hieronymo debet Noster. — p. 544. lin. 7 sqq. Hieron. impr. est a. ll. 16 (Col. 503 — 506.).

VII, 30. p. 54$\frac{5}{6}$. De Iuliano apostata Nostri fons maxime Hieron. a. l. 1 et 2 (Col. 509—510.) fuisse videtur, iuxta quem et Eutrop. X, 8. lectus. [48])

VII, 31. p. 547. Hieron. a Ioviani (Col. 509—512.) [una c. Eutrop. X, 9.].

VII, 32. p. 548—550. Ubi hos Hieronymi locos ascitos observes: p. 548 init. cap. Hieron. a. Iovian. fin. et Valentiniani et Valentis 1. [49]) 2. „terrae motu" . . . 3. „Valens ab Eudoxio" . . . (Col. 511—512.) p. 549. Hieron. a. ll. 3. „Gratianus".. 4. [50]) 6. „Athanaric. rex Gothor." etc. 10. [51]) (Col. 513—514.). — p. 550. lin. 6. „Anno autem 11 imp. sui" — usque ad fin. cap. Hieron. a. ll. 11 et 12 (Col. 515—516.).

VII, 33. p. 550—554. init. capitis p. 551. de monachor. etc. persecut. Hieronymi a. ll. 12 vestigia. p. 552 sq. de Alamannis, Hunnis et Gothis usque ad Valentis exitum (et verba „caruit sepultura" lin. 18) Hieron. est a. ll. 13 et 14 [52]) usque ad finem chronici veri.

Prope ubique locutiones, verba Hieronymi reperiuntur, tamen omnia amplificata videntur non in verbis solum, verum etiam in rebus quodammodo. p. 553. lin. 18. observes velim, ab Hieronymo quidem suppeditatam, verum plane Eutropianam (VII, 12.) periodum „etiam — sepultura".

---

48) Sed etiam p. 545 inf. p. dicit Oros. „sicut a maiorib. nostris compertum habemus." — Cf. Rufin. h. eccl. X, 32. 35 et 36. Quae Oros. p. 546. lin. 6 sqq. de amphitheatro Hierosolymis exstruendo etc. narravit, nusquam alias inveni, quum et Rufinus et Ammianus templi Iudaeor. quidem ibi reaedificandi meminerint, tamen huiuscemodi nil commemoraverint. Nostri num commentum? in re eius tempori proxima vix credibile!

49) Cf. Rufin. XI, 2.

50) Oros. scribit p. 549. lin. 6. „Eod. anno ap. Atrebatas" etc. h. esset ex eius ratione a 3 adhuc; ed. Roncall. rem a. 4 adscribit: sed fere nullius momenti, quum arctissime coniuncta sese excipiant prius et hoc sequens factum in Hieronymo.

51) Quae ibid. p. 549 sq. de Saxonibus et Burgundionib. leguntur, non dubium, quin quod attinet res gestas (de quib. cf. et Ammian. Marcellin. XXVIII, 5.) et tempor. significationem Hieronymus l. l. Nostri fons fuerit. Sed quae porro ibi exstant de gentib. illis, Orosius suo ex ingenio, vel potius ex ignoto fonte subiunxit.

52) „Gens Hunnor." etc. etiam haec a Nostro anno ll. priori (13) adscribuntur.

§. 3. DE CHRONOLOGIA OROSII.

In Orosii chronologicis imprimis res duae segregandae sunt: temporum definitiones absolutae, a certo quodam momento sive re vera, sive verisimiliter ductae, secundum idem computatae, numeri annorum expressi; et temporum definitiones relativae, sive ad res, sive ad numeros dictos, secundum consules aut annos imperatorum, computationes universales, comparantes, accuratiores minusve accuratae. Cuius generis non solum relationes inter se et computationes temporum mysticae, e chronici Eusebiani aspectu ortae illae, diuturnitatis monarchiarum etc., summae ab Adam ad Ninum et Abraam, et ab his ad Augustum usque et Christum annorum, vel totius ab orbe condito ad Orosiana usque tempora historiae; sed etiam definitiones, quales sunt „haec temporibus Cyri regis Persarum gesta sunt", „haec Darii temporibus gesta sunt", „eodem tempore", „his etiam temporib.", „medio autem tempore", „iisdem fere diebus", „parvo exin tempore interiecto"; vel accuratiores „iisdem coss.", „anno imperii ei. quinto", „septimo" etc.; vel „anno post hunc subsequente", „sequenti anno", „sequitur annus", „anno ab hoc proximo", „eo deinde anno, qui huic proximus fuit", „posteriore", „tertio deinceps anno", „decimo anno, postquam Annibal in Italiam venerat", „eadem aestate" etc. etc.

Numeri mystici et relationes uti summae annorum per se pretio carent, praesertim quum ne accuratissimos quidem eos credere liceat; nec nisi quatenus argumentum praebeant chronici Eusebiani a Nostro prae caeteris ad partes vocati, veniunt in censum. Aeque fere reliquas temporum definitiones relativas in universum mittamus, quum et ipsae nisi relative rectae esse non possint. Animadverterim tantum definitiones illas, quatenus referantur ad res superiores, si Orosius ex. gr. secundo vel tertio post memoratam anno rem quandam scribat gestam, aut iisdem quam illam coss. etc., ferme semper rectas esse et iustas, [53]) quatenus in his

53) Sed hic quoque vix coniungenda occurrunt: ex. gr. I, 20. „Ea

ipsis Nostri fontibus fides; sin autem definitiones relativas absolutis sive absolutas relativis applicare conemur, aut alteras per alteras modificemus, absolutas potissimum raro tantum probabiles exstare.

Has tamen prae caeteris et propemodum unicas observemus necesse est, quum ex illis solis intelligi possit, num Orosius in chronologicis certum quoddam, sive notum sive fictum sequatur systema, an etiam in his ex arbitrio et inconsiderate egerit? At quoniam in re, quae quasi ordinis principium, ratio arbitraria vix credibilis est, neque Orosium talem persequi voluisse existimaveris. Interrogandum igitur, habueritne Orosius systema chronologicum? quodnam illud fuerit? quibusnam agnoscatur rebus? quousque secutus sit systema? ubinam discedat ab eo?

Primum in historiis Orosii illam in scriptis istius aetatis, praesertim historicis, vulgarem secundum annos (ante et) post urbem conditam computationem observamus, [54]) et

---

tempestate" etc. de Phalaride Siculo, qui Astyagi subacto fere aequalis, nec multo post Aremulum ponitur; quamvis is illum ap. Eusebium duobus saeculis antecedat et Astyages victus et Phalaris saeculo adhuc distent. Vitium commisit Oros., quum ab altero ad alterum transiret fontem.

54) Aliae temporum definitiones absolutae non inveniuntur, exceptis quatuor locis (II, 4. 8 et 13 bis), in quibus Olympiades, anno autem earum ubicunque omisso, annis post Troiam captam et post urbem additae exstant; merae quarto tantum in loco (p. 122.) Nusquam autem secundum annos mundi supputat Orosius. Sane lib. I, 1. p. 7. et in fine historiar. p. 587. numerantur anni ab Adam ad Ninum usque, atque ab hoc usque ad Christi nativitatem, et a primo homine usque ad Orosii ipsius tempora, ac primo in loco accuratissime ex ratione LXX interpretum (cf. Euseb. chron. prim. p. ed. A. Mai et Zohrab. p. 52 sqq. et 67 sqq.); sed hunc computandi modum, ita ut sec. annos mundi res gestas et facta dispescat, nusquam alibi sequitur Noster. Fallitur igitur Pagius magnopere, si (critic. in ann. Baron. a. 417. Tom. VII. p. 109. XXIII.) Orosium librum suum in Hispania (!) exarasse, inque eo „aera mundi secundum LXX interpretes" usum esse scribit; fallitur porro, si propterea aeram hanc Hispaniae tunc vulgarem fuisse coniicit, adeoque anni initium aerae eiusdem in Kal. Ianuarias transferendum opinatur, quoniam Hispani tunc sec. aeram Hispanicam Kal. Ianuariis annum iniissent! Cf. quod attinet haec ultima, vir. illustr. Ideler, Chronol. II. p. 423. Sin autem idem (Hdb. II. p. 430. Lehrb.

quidem, ut videtur, ex aera, quam dicimus Catonis, quum Christum natum VII (VIII?) Kal. Ian. a. u. 752 adscribat,[55]) atque ex ortu verisimili discriminis inter aeras Varronis et Catonis,[56]) regibus plenos ducentos quadraginta tres annos det (II, 4. p. 95.), et annum regifugii verum ducentesimum quadragesimum quartum urbis, aeque consulum primum significet (II, 5 init.). Verum quum in rebus his chronologicis, ut supra (§. anteced. ad II, 4.) vidimus, Eusebio usus esse videatur, iam hinc coniicere licet, Orosium, si in constituendo eo momento, a quo usque totam suam ordinarit chronologiam, Eusebium ad partes vocaverit, etiam in caeteris omnibus definitionibus chronologicis sequutum esse sive eundem ipsum, sive subministrata ab eo principia computandi. Nam quamvis apertissime quidem in magna operis Orosiani parte ascitus sit Eusebius, in maiori tamen, ut uteretur eo Noster, fieri non potuisse videatur, quoniam ad Christum fere Romanorum res in chronico rarius attinguntur. Attamen et in hac maiori Nostri parte vestigia exstant Eusebii non solum circa facta, ut supra iam indicavimus, sed etiam circa chronologiam: quae nunc quidem nobis sufficiant. Priusquam enim ultra procedamus, duabus tabulis adumbremus, qualem se chronologia Orosii et ante urbem et post eam conditam praebeat.

TAB. I.

OROSII ANNI ANTE VRBEM CONDITAM.

Ab Abraam usque ad Chr. nat. computantur anni 2015. (Oros. I, 1. p. 7. Euseb.) Chr. natus est anno urbis 752; unde urbs condita est an. Abr. 1264, ut et in Euseb. (ed. Ronc.). Eusebianor. numeri meri sunt ed. Ronc., uncis inclusi Scaligeri differentes [magn. part. ab ipso Roncall. allati].

---

p. 436.) aeque ac Pagius Orosium praecipue sec. aeram mundi, passim tantum sec. Olymp. et annos urb. computasse dicit, id ex his nostris corrigendum.

55) Cf. VI, 22. p. 448. VII, 2. p. 456. et VII, 3. p. 457. Nam e conditionis definitione II, 4. p. 92. „anno post eversionem Troiae 414, Olympiade autem sexta“ nunc quidem certius quid deduci nequit.

56) Cf. ill. Ideler, Hdb. der Chronol. II. p. 167.

No.	Loci Orosiani.	Num. Orosii ant. u.	Var. codd. et editt. ab Haverc. notata.	Verisimil. a. Abr. Eusebii.	a. ant. u. c. ex rat. Euseb.	Notae.
1.	I, 4.	1300	—	—	1306	
2.	- 5.	1160	1150	99	1165	
3	- 7.	1070	—	232 [229]	1032 [1035]	2)) 1)
4.	ibid.	1040	—	220 siv. 254 [236 — 260]	1044 s. 1010 [1038 - 1004]	
5.	I, 8.	1008	1009 1048	272? [284?]	992 [980]	3)
6.	- 9.	810	—	491. 495 [490]	773. 769 [774]	4)
7.	- 10.	805	—	505?	759	
8.	- 11.	775	—	554	710	5)
9.	- 13.	560	640. 660	782 [776]	482 [488]	6)
10.	- 14.	480	—	?	?	
11.	- 17.	430	431	820? siv. 835?	444 s. 429	7)
12.	- 19.	64	65	1197	67	8)
13.	- 21.	30	13	935 siv. 952	329 s. 312	9)
14.	ibid.	20	—	1273	9 post u. c.	10)

1) Cf. ad haec Scalig. animadv. ad Euseb. p. 20—21 et 22.

2) Ab Orosio hic prolata quaedam et ad ann. Euseb. 281 et 276 commemorantur; at hi numeri nimiam edunt differentiam, quam secundum quos Noster suos computarit.

3) Famis Aegyptiacae annus secundus Eusebio est ex ed. Roncall. a. Abr. 280, ita ut primus ubertatis annus, quem Noster hic indicaverit, 272 sit Abr. — Propius vero ad Orosii (ex Euseb. a. Abr. 294 sumptam) definitionem famis illius relativam (p. 50. ed. Haverc.) accedit edit. Scaligeri, quae secundum famis annum a. Abr. 292 adscribit, ideoque hic praeferenda videretur, nisi numero substrato Eusebiano, ad annos u. c. redacto, maior etiam ab Orosiano 1008 ante u. c. differentia existeret. Quare minus etiam est probabile, Orosium numero suo famis initium designare voluisse.

4) Cf. Scalig. animadv. Euseb. p 30.

5) Cf. eund. ibid. p. 35., qui res a Nostro hic memoratas in annum u. c. 722 ablegat.

6) Scalig. l. l. p. 49. res ad a. Abr. 772 et ante u. c. 492 refert, quem cf.

7) 820: raptus Helenae. — 835: Troia capta; hanc potius quam

Helenae raptum significare voluisse videatur Noster. Cf. tamen II, 4. p. 92., ubi u. c. scribit a. post Troi. capt. 414!

8) Haverc. varietatem lect. aliam atque notatam non indicat, quae quidem exstitisse videtur, quum Scalig. canon. isagog. l. III. p. 321. mendosum Nostri LX a. u. c. pro Eusebii LXVII corrigeret.

9) Res sine dubio ex Euseb. sumptae, at temporum definitio — significatur enim bellum Codro rege moriente finitum — oscitantiae fere inauditae exemplum est. Credi posset, scriptum fuisse a Nostro CCC, ni positio facti valde adversaretur. Cf. tamen etiam Scal. anim. Euseb. p. 59., qui XXX librariorum errore (?) pro CCCXXX scriptum accipit.

10) Cf. Scalig. anim. Euseb. p. 75. Is ad a. Abr. 1273 post alia, haec habet „P. Orosius repetit initium ei. belli (Messenii I sc.) anno XX ante u. c., hic vero assignatur anno XXIX ante eiusdem urbis Palilia". Quamvis et ipse Scal. urbem cond. a. Abr. 1264 adscribat!

Attamen non nisi appropinquantia omnino fert tabula haec. Numeri enim Orosiani rebus saepius hunc in modum appositi, ac si in margine tantum adiecti essent, ut dubitari possit, cuinam impertiantur facto (quod etiam postea accidit): ubi quidem prope semper ad proximum eos retuli. Praeterea editt. Eusebii (Scaligeri, Roncallii, Armeniaca[57])) in numeris passim et his subiungendis factis non solum differunt inter se, verum etiam unum idemque factum diversis adscribitur numeris apud omnes: ubi iterum semper Nostro proximum, verisimillimum ascivi. Quibus concessis, etiamsi quae resultant ex hac nostra numerorum collectione minoris fortasse adhuc videantur momenti, et quae haud levia neque iniusta in Nostrum fundant opprobria, negligentissimum sane aeque ac confusissimum hoc in libro: tamen e singulis quibusdam ac toto ex habitu, una cum antea memoratis iam et observatis, eluceat clarius quodammodo Nostri intentio, data chronologica Eusebii chronologicis aptandi, vel secundum eadem fingendi. Nam quinque in locis (no. 1. 2. 4. 11 et 12.) proxime ad Eusebium accedentem videmus Orosium, quum in maiore parte reliquorum semper adhuc tale quid accipi potest. Denique Orosius ipse non tam accuratissimos ubicunque numeros, quam temporis definitionem omnino, voluerit afferre, quod etiam iungendorum per

57) Vallarsii editionem ad manus non habui.

„ea tempestate“ etc., in Eusebio saltem valde distantium inter se factorum et mythorum ratione appareat.

Originem autem numeri decimi (I, 14: 480 a. u. c. „Vesores“ Sesostris?), ab hodierna nostra computatione valde discrepantem, me adhuc ne divinasse quidem profiteor.

TAB. II.

OROSII ANNI POST VRBEM CONDITAM.

PARS I: AB V. C. VSQVE AD CHR. NAT.

(Cf. Laurent.: fasti consul. capitol. Alton. 1833. 8. p. 85 sq., ubi quidem tabula exarata neque accuratissima, nec locupletissima.)

Oros. II, 4. p. 92. „Anno“ inquit „post eversionem Troiae 414, Olympiade autem sexta — urbs Roma — condita est.“ Definitionis formam Eutropius imprimis et Eusebius suppeditarunt, cuius, ut iam dictum est, Olympiadis expositionem recognoscimus in Nostro; numerum vero sibi computasse videtur Orosius. Quamvis autem hic de numero dubium non esse videatur, tamen I, 17 Troiam captam (aut raptum Helenae) anno 430 ante urbem assignavit, qui quum ex Eusebii ratione 429 sit, sive hunc sive illum, certe alium quam ab Orosio exhibitum exspectaverimus numerum. — Ibidem (II, 4. p. 92.), ut hoc adiiciam, in verbis: „quinto demum anno, quatuor in medio expletis“ menda inest, ut ap. Euseb., nimirum scribendum erat: „quinto quoque anno, tribus in medio expletis.“

Praeterea quoniam in Christi nativitate aeram Catonis secutus est Noster, etiam anni urbis sec. aeram illam ex fastis Capitolinis additi, quales imprimis nominibus consulum ab Orosio proditis respondent, licet nonnullis (sed iis paucissimis) in locis, quod ad res spectat sub his illisve coss. gestas, differant adhuc paulisper scriptores.

Loci Orosiani.	a. Oros. post u. c.	Var. codd. et editt. ab Havercamp. notat.	a. u. sec. aer. Catonis.	Notae.
II, 5.	244	243	244	
- 8.	245	—	—	[1])
ibid.	275 (Ol. 74.)	272. 276 284. 285	270	[2])
II, 12.	290	260	290	
- 13.	(299)	—	(301)	
ibid.	300 (Ol. 95.)	— (Ol. 80.)	302	[3])
ibid.	(Ol. 103. 105.)	—	—	[4])
II, 19.	355	—	357	
III, 1.	364	—	364	
- 3.	376	—	381	[5])
- 4.	384	—	388	
- 5.	385	—	388	[6])
- 6.	388	—	392	
- 7.	402	—	405	[7])
- 9.	409	—	413	
(ibid.	410	—	416)	
III, 11.	422	—	426	[8])
- 12.	400	—	390?	[9])
- 15.	426	—	432	
- 16.	id. num.	—	—	[10])
- 21.	450	—	458	[11])
- 22.	463	—	470	
IV, 1.	464	474	471	
- 3.	475	—	481	
- 4.	477	480	484	
- 5.	480	—	487	
ibid.	481	—	?	[12])
IV, 7.	483	—	489	
- 11.	507	—	512	
- 13.	517	—	523	
- 14.	534	—	534	

Loci Orosiani.	a. Oros. post u. c.	Var. codd. et editt. ab Havercamp. notat.	a. u. sec. aer. Catonis.	Notae.
IV, 16.	540	—	537	13)
- 17.	543	—	539	
- 20.	546	—	552	14)
- 21.	600	—	602	
- 22.	602	—	604	
- 23. V, 3.	606	—	607	15)
- 7.	620	—	619	
- 10.	622	—	622	
- 12.	627	—	630	16)
- 14.	628	—	632	
- 15.	639	632. 535?	642	
- 16.	642	—	648	
- 17.	645	—	653	
- 18.	659	—	662	17)
ibid.	661	—	665	18)
V, 19.	662	—	665	19)
- 23.	673	—	675	
- 24.	679	—	680	
VI, 6.	689	—	690	20)
- 7.	693	—	694	21)
- 13.	697	—	698	22)
- 14.	700	—	703	23)
- 18.	710	—	709	24)
- 20.	725	—	724	25)
- 21.	726	—	725	
- 22. VII, 3.	752	—	752	26)

1) Darius sc. adipiscitur regnum. Quod si cum Eusebio (a. Abr. 1495) contuleris, differentia existit annor. 14. Minime autem ille numerus congruit cum Orosio ipso II, 2 et 6., ubi Babylonem per Cyrum captam et reges expulsos, postea Tarq. Superbum aequales facit: sed haec tantum magis universalia.

2) Ex Euseb. aperte desumpta, ap. quem haec in ed. Ronc. a. Abr. 1530 Ol. 73, 3., ap. Scalig. a. Abr. 1532. Ol. 73, 4. exstant. Cf. §. praeced. ad h. l.

3) Ap. Euseb. a. Abr. 1564 (1565) ed. Ronc. Ol. 82, 1. „Trecentesimo secundo anno" etc. Scal. ad eund. transtulit an. Abr. sed ult. Ol. 81. cf. eiusd. animadv. p. 103. — Non dubium, quin notitia, quod attinet Ol. in textu Haverc. sane corrupto obviam, ex Eusebio in Orosium transierit.

4) Haec a Nostro alienissima temporum definitio, hic (p. 122.) falsissima adeo, nec quae iuvari possit quaquam re et de cuius origine ne divinando quidem me quid eruisse profiteor, etiam in textu illa absurda quodammodo, si vere est Orosii, argumentum est, quantopere Olympiadum ratiocinationis imperitus fuerit Noster. (Cf. not. 14. Fabric. ad h. l. et infra sub Liv.)

5) Ex Euseb. a. Abr. 1637 praeter dubium. Iam si a. Abr. 1564 (1565) aequat 302 u., tum 1637 Abr. =375 (376) u. c. — cf. Scal. anim. in Euseb. p. 123., qui hic „prochronismum unius Olympiadis Orosio familiarem" annotat. (ut et al.). —

6) Cf. Liv. VII, 6.

7) Cf. sub Euseb. ad h. l. (§. praec.) et chronic. a. Abr. 1661, unde resultat, Orosium hic quoque ex illo temporum definitiones sibi quodammodo computasse.

8) Alexandri Epirotae exitus: si Liv. VIII, 24 fides, unde huc pertinentia Orosius videtur hausisse, ad coss. L. Corn. Lentul. et Q. Publ. Philon. II. spectat.

9) Cf. Euseb. a. Abr. 1655 Ol. 94, 3. ap. Scal. 1662 Ol. 96, 2.

10) Cf. Euseb. a. Abr. 1681 Ol. 111, 1. ap. Scal. 1680 Ol. 110, 4.

11) Cf. Scal. animadv. Euseb. p. 128. ubi quidem vir alias acerrimus, minime accuratissimus. Nam non coss. Q. Fab. Max. Rulliano IV et Decio Mure III, sed iisdem V et IV adscribuntur illa a Nostro. Quid autem Scaliger hisce „Vide epitomen Livianam LXXII" sibi velit, vix quis divinet, ni mirae eum oscitantiae hoc loco arguere liceat.

12) Quum Orosius ad hunc annum duorum meminerit factorum, quorum primum quidem et ab Augustino memoratur, alterum in Nostro solo exstare videtur, praeterea autem temporis aliam definitionem sive indicem non adiiciat, quis revera fuerit annus sec. aer. Caton., accuratius indicari nequit.

13) Hoc loco numerum ex Eutrop. III, 5. descripsit Orosius.

14) Oros. l. l. p. 269. „Anno a. u. c. 546 bellum Punicum secundum finitum est, quod gestum est annis septemdecim". Etiamsi autem bello, decimo octavo demum anno finito, non nisi septemdecim annos concedamus, tamen numeri Orosiani minime congruunt inter se. Nam IV, 14. initium belli anno 534 adscripsit, hic finem anno 546, qui ex Romanor. numerandi ratione, decimus tertius belli est; nihilominus apposuit „quod gest. est a. XVII"!

15) Oros. l. l. p. 281. „Anno a. u. c. 606 i. e. anno quinquagesimo post bellum Punicum secundum." IV, 20. finitum scripserat bell. Punic. sec. a. u. 546, unde a. u. 606 non quinquagesimus, sed potius sexagesimus (primus) est. (Rectius postea V, 12 numerat, ubi 627 vigesimum secundum post 606 annum nominat.) Verum quam parvi intersit Nostri, num dicta sibi conveniant, necne, etiam haec demonstrant: IV, 6. p. 224. Carthaginem conditam scribit LXXII anno ante Romam cond., hic tamen deletam illam ponit a. u. 606 et per 700 annos constitisse eam asserit, quamvis ex illa ratione non nisi 678 anni redundent. Sed qui supra Iustinum descripserat, nunc ex Eusebio et Eutropio sua hausit. (Cf. sub Euseb.-Hieron. §. praeced. ad VII, 2.)

16) Cf. Eutrop. IV, 9 fin. et 10 init., ex quo haec Nostri computatio facta et inserta esse videtur, quamvis etiam cum iis, quae IV, 23 init. dedit Orosius, consentiat.

17) Cf. Eutrop. V, 2.: is enim ibi (init.) descriptus videtur a Nostro.

18) Cf. not. 26. Haverc. ad h. l. p. 338.

19) Eutrop. V, 3 init. descriptus. — Cf. Oros. VI, 1. p. 369 a.; VI, 5. p 382.; VI, 6. p. 383 (una c. Eutrop. VI, 10 et 12.). Nam in primo l. l. varias scriptorum de spatio belli Mithridatici sententias commemorat Orosius, modo XXX annos, modo XL prodentium; dein qui hunc (XL) numerum edere potuissent, se non intelligere ait, quum bellum 662 initum, Coss. Cic. et Antonio (689 sec. Eutrop.) finitum esset; denique ipse bello spatium quadraginta annorum tribuit obiter (p. 382.)! Livium, Eutropium, Florum et Augustinum ad manus habuit, neque usquam plane inconsiderate versatus est. Quum enim numeros suos ab Eutropio mutuatus sit, et fere XXX annorum invenerit bellum, praesertim si veri eius triennio fere prioris initii meminerit (idque scivisse eum, testatur V, 19.), sane mirari debuit Eutropii (VI, 10 in fin.) verba „contra Romanos bellum habuit annis XL". At fontes, quos secutus, sic dixere, et critico ei minime acerrimo contradicentia sibi animadvertisse sat erat. Praeterea p. 382. maximus etiam aptissimus ei erat numerus.

20) Ex Eutrop. VI, 12. descript. cf. not. prior.

21) Ex eod. VI, 14.

22) Ex eod. VI, 15.

23) Cf. Orosium VII, 2. p. 455. et Iul. Obs. c. 125.

24) Scaliger de emendat. tempor. l. V (ed. Genev. 1629) p. 38$\frac{7}{8}$ „Sane P. Orosius caedem Caesaris confert in a. u. 710. videtur κατὰ πρόληψιν ita vocare annum, qui nondum inceptus erat."

25) Oros. l. l. p. 440. „Octav. Id. Jan." etc. sec. Macrob. Saturn. I, c. 12. mense Sextili, neque Decembri hoc factum. Cf. sub Liv. ad h. l.

26) Cf. Oros. VII, 2. p. 456.

TAB. II. PARS 2.
OROSII ANNI VRBIS POST CHR. NAT.

Omnes, quos annorum numeros nunc profert Orosius, exceptis tantum ultimis tribus, imperatorum indicant initia regnorum. — Varietatem codd. et editt. Havercampius, semper adhuc parcissimus in edenda ea, nullam porro suppeditat. — Contra addidi in columnis tribus, quot annos, menses, dies Orosius, et fontes eius in hisce principales, Eusebius et Eutropius, cuivis imperatorum impertiant. — Uncis inclusi, numeri sunt Eusebiani ex ed. Scaligeri.

Loci Oros.	a. u. Oros.	a. u. sec. aer. Catonis.	Quot annos, menses, dies cuivis imperat. adscripserunt . Orosius.	Eusebius.	Eutropius.	Notae.
VII, 4.	767	766	Tiber. 23 a.	23 a.	23 a. non plen.	
- 5.	790	790	Calig. 4 a. non plen.	3 a. 10 m.	3 a. 10 m. 8 d	
- 6.	795	793	Claud. 14 a.	13 a. 8 (7) [9] m. 28 d.	14 a.	
- 7.	808	807	Nero 14 a. n. plen.	13 a. 7 m. 28 d.	14 a. n. pl.	
- 8.	824	821	Galb. 7° m. Otho 3° m. Vitell. 8° m.	Galb. 7° m. Otho 3° m.	Galb. 7° m. Otho 95° d. Vit. 8 m. 1° d.	
- 9.	825	822	Vespas. 3 a.	[9 a. 11 m. 22 d.]	9 a. 7 d.	1)
ibid.	828	831	Tit 2 a.	2 a. 2 m.	2 a. 8 m. 20 d.	
- 10.	830	833	Domitian. 15 a.	15 a. 5 m.	15 a. n. pl.	
- 11.	846	848	Nerv. 1 a.	1 a. 4 m.	1 a. et aliq. plus	2)
- 12.	847	850	Traian. 19 a.	19 a. 6 [9] m.	19 a. 6 m. 15 d.	
- 13.	867	869	Hadr. 21 a.	21 a.	21 a. 10 m. 19 d.	
- 14.	888	890	Anton. P. c. filiis 23 a. n. pl.	22 a. 3 m.	23 a. n. pl.	
- 15.	911	913	M. Anton. et L. Ver. 19 a.	19 a. 1 m.	18 n. pl.	
- 16.	930	932	Commod. 13 a. Pert. et Iul. 1 a.	13 [12] a. P. 6 m. Iul.?	12 a. 8 m. P. 80 d. Iul. 7 m.	
- 17.	944	944/945	Sever. 18 a.	18 a.	16 a. 3 m.	
- 18.	962	963	Carac. 7 a. n. pl. Macr. et Diadum. 1 a.	7 [6] a. Macr. 1 a.	6 a. 2 m. M. et D. 1 a. 2 m.	

Loci Oros.	a. u. Oros.	a. u. sec. aer. Catonis.	Quot annos, menses, dies cuivis imperat. adscripserunt			Notae.
			Orosius.	Eusebius.	Eutropius.	
ibid.	970	970	Heliog. 4 a.	4 a.	2 a. 8 m.	
ibid.	974	974	Alex. Sev. 13 a.	13 a.	12 a. 8 d.	
VII, 19.	987	987	Maximin. 4 a?	3 a.	3 a. et aliq. d.	
ibid.	991	990	Gord. 6 a.	6 a.	—	
- 20.	997	996	Philipp. Ar. 7 a.	7 a.	5 a.	
- 21.	1004	1001	Decius 3 a.	1 a. 3 m.	2 a.	
ibid.	1007	1003	Gall. et Volus. 2 a. n. pl.	2 a. 4 m.	2 a. n. pl.	
- 22.	1010	1005	Valer. et Gallien. 15 a.	15 a.	9 a. n. pl.	
- 23.	1025	1020	Claud. 2 a. n. plen.	1 a. 9 m.	2 a. n. pl.	
ibid.	1027	1022	Aurelian. 5 a. 6 m.	5 a. 6 m.	5 a. 6 m.	
- 24.	1032	1027/1028	Tacit. 6 m. n. plen.	6 m.	6 m. n. pl.	
ibid.	1033	1028	Prob. 6 a. 4 m.	6 a. 4 [3] m.	6 a. 4 m.	
ibid.	1039	1034	Car. c. filiis 2 a.	2 a.	2 a.	
- 25.	1041	1036	Diocl. 20 a.	20 a.	—	[3])
- 26.	1061	1058	Constantin. 31 ann.	30 a. 10 m.	31 a. n. pl.	[4])
- 29.	1092	1089	ei. filii 24 a.	24 a. 5 m. 12 d.	38 a. n. pl.	[5])
- 30.	1116	1114	Iulian. 1 a. 8 m.	1 a. 7 [8] m.	7 a. n. pl.	[6])
- 31.	1117	1115/1116	Iovian. 8 m. n plen.	8 m.	7 m. n. pl.	
- 32.	1118	1116	Valentinianus 11 a. et	Valent. et Valens 13 a. 5 m.	—	[7])
- 33.	1128	1127	Valens 4 a.			
- 34.	1132	1130	Gratian. 6 a.			
- 35.	1138	1135	Theodos. 11 a.			
- 36.	1149	1147	Arcad. 12 a. et Honor.			
- 40.	1164	1162				[8])
- 42.	1165	1163				
- 43.	1168	1166				

1) Nihilominus sec. Eutrop. scribit Noster p. 482. „Vespasianus — nono anno principatus sui — mortuus est.“

2) Oros. l. l. p. 484. „Quamvis Eutropius (VIII, 1.) quinquagesimum hunc esse annum scripserit“: unde sane eluceat Nostrum semper adhuc annos sibi computare voluisse.

3) Cf. Scalig. de emend. temp. l. V. p. 497 A. sq. et p. 512 D. „A Diocletiano deinceps cave credas Orosio annos imperatorum in Palilia urbis Varroniana conferenti. Aliquando enim anno, aliquando biennio plus dicit.“ Quod iam prius factum observamus, neque hanc rei causam probamus.

4) Cf. eund. l. l. p. 500., ubi congruens cum Eusebio resultat ratiocinatio.

5) Cf. eund. l. l. p. 511. C.

6) Eutrop. annos Iuliani inde a Caesaris creatione numerare videatur.

7) Eutrop. X, 10. primum Valentiniani et Valentis annum coss. Ioviano et Varroniano, u. c. 1119 ponit, qui tamen sec. aer. Varr., quam I, 1. sequi velle videtur, 1117 tantum est! — Quod ad Nostrum pertinet, cf. Scalig. l. l. et l. supra l. p. 512 D. „de initio Valentiniani“ etc.

8) Alaricus Romam capit tertio.

His in tabulis praesertim parvam et raram cum fastis Capitolinis, uti cum aera Catoniana, quam fundamentum chronologiae Nostri accipiendam supra credidimus, congruentiam observamus; sed contra certam temporum computandorum rationem, Orosium omnino mirum in modum huc illuc fluctuantem videmus. At animadvertimus, Orosium ante Christum natum contra nostram vulgarem temporum definiendorum rationem, res gestas semper fere pluribus annis priores facere, et maximam partem quatuor annis ad sex usque; post nativitatem autem Salvatoris, easdem illum saepissime duobus tribusve vel pluribus annis posteriores reddere. Rarius accidunt contraria, et ante Christum quidem saepius quam post eum.

Confunduntur sane omnia chronologica, quamvis fieri non potuisse, significaverimus, ut Orosius ex arbitrio tantum sibi finxerit numeros, et intentionis eosdem sibi computandi indicia attulerimus. Interrogandum igitur, quemadmodum in universum saltem desperatam illam chronologiae Nostri conditionem explicemus?

Orosii prochronismorum, quos Scaliger dicit, explica-

tionem eiusdem viri docti coniectura praebet. Nam is verisimillimum reddidit, quod adeo per Nostrum iuvatur, Eusebium aeque et consulum nomina in chronicon suum recepisse.[58]) Quod si factum est, neque dubium mihi quidem videtur, Nostro sane fundamentum chronologiae suae suppeditavit, id quod eo credibilius, quia iam nonnullis in locis Orosii computationem secundum Eusebium, qualis hodie exstat, demonstravimus. Eusebius autem, quamvis suo loco plurium adferat scriptorum opiniones, regibus Romanorum revera non nisi ducentos quadraginta concessit annos, itaque primos consules quinquennio priores fecit. Unde dein tota eiusdem computatio in rebus Romanis reliquorum computationem quinquennio fere antecessit. Quod idem et omnibus, qui illum sequebantur, et Nostro accidit. Nam is etiamsi propter cognitionem fortasse Livii et Eutropii regibus ducentos quadraginta tres annos adscripserit, et ducentesimum quadragesimum quartum annum urbis primum fecerit consulum, nihilominus in reliquis Eusebio paruit; quum minime fuerit is, qui contra maiorem cuiuspiam auctoritatem opinionem suam, ne profundiore quidem intellectu nitentem, defenderet. Ne divinasse quidem eum opiner, quod subierit dilemma, quum regibus Romanis aliud atque Eusebius attribueret temporis spatium, et nihilo secius illum sequeretur postea. Praeterea sat laboraverit in reducendis ad annos urbis numeris Eusebianis. Inde saepius illi a Scaligero castigati prochronismi Orosiani. Singula, certa data chronologica ad singula quaedam facta simul semper adhuc aliunde, praesertim ex Eutropio, ut vidimus, assumpsit Orosius.

Sin autem tabulae secundae partem alteram respicimus, mox intelligamus necesse est, minime causam Scaligeri illam (vid. not. 3. ad Tab. II, 2.) metachronismorum Nostri post Chr. nat. accipiendam esse. Nec fontes Orosii, nec chronologiam omnino perspectos habuit vir doctus: nam verus transitus ab aera Catoniana, vel potius, ut nunc nobis dicendum, ab Eusebiana ad Varronianam, computatio secundum Palilia urbis ubicunque difficilior, nusquam est Nostri.

58) Cf. animadv. Euseb. p. 9 impr. 99. 157. al.

Orosius potius, quod veritati propius accedat, ac fere appareat, quum ad Christum natum et Augustum ventum sit, hinc a quavis impeditiore se abstinet computatione, et chronologiam suam nonnisi adscitis annis cuiusvis imperatoris sibi construit. Hic vero, quum in addendis regni annis ad numerum priorem, ut ex eo sequentem sibi fingat, annos solum numeret plenos, nusquam fere ad menses respiciens et dies, iam hoc modo contra quamvis accuratiorem temporum definitionem peccat necessario. Neque meliorem reddit rem suam, quum modo hic, modo illic, sane ex arbitrio, ut videtur, et in universum tantum aut quid addit ad numerum, aut aliquantulo eum minuit. At haec ferri possent adhuc, ni adeo falleretur in numeris simpliciter addendis: ex. gr. si 790 annum urbis primum Caligulae dicit, eidem non plenum quadriennium adscribit, et nihilominus annum Claudii primum 795 u. ponit; aut si Neroni annum u. 808, ut eius primum, praefigit, et quatuordecim annos non plenos eum regnasse asserit, atque annum Galbae, Othonis et Vitellii 824 contendit. Quamvis autem, adeo fontium suorum, auctoritatem impugnat, Vespasiano tres tantum assignans annos, cui ubique paene decem attribuuntur. Quod, quia nihilominus p. 482. sec. Eutropium scripsit, Vespasianum anno nono principatus sui obiisse, metachronismos Orosii in hac operis parte eatenus imminuit, ut illud vix casu factum quis credere possit. — Orosium autem numeros hos mendosissimos plerumque ipsum iam edidisse, sequentes semper numeri adsunt testes. Quem in modum rebus magnam partem explicatis a vulgaribus diversis, mendosis et falsis chronologiae Orosianae, quae restant chronologica, cum aera Catonis congruentia, ni forte aliunde sumpta enotantur, praemissis illis omnibus, fortuita magis casuque facta opiner.

Quae ergo colligi possint haec sunt: ex arbitrio noluit quidem agere Orosius in chronologicis, sed potius — exceptis aliunde descriptis — nusquam non computationem annorum eruere studuit, ante Christum secundum elementa Eusebiana, post eum secundum annos praecipue ab eodem Eusebio suppeditatos imperatorum — ubique igitur ex ra-

tione Eusebii. At observandae in temporibus definiendis rationis aeque imperitus fortasse atque incautus, in errores plurimos abiit hunc in modum, ut etiamsi corrupta multa, nec vere Orosiana, quod attinet annorum numeros, in historiis hodie exstent, tamen etiam sincerrimus Orosius verisimiliter mendis valde vituperandis adhuc scateret.

Pauca denique adiiciam de summis annorum, quas Orosius initio et in fine historiarum prodidit, et de earumdem origine, quae causa erant, ut nonnulli aeram mundi putarent a Nostro adhibitam.

I, 1. p 7. scribit Orosius „Sunt autem ab Adam — usque ad Ninum — quando natus est Abraam anni 3184". Idem plane numerus computatur ex iis, quae in fine chronici Eusebiani (Ronc. Col. 519—520.) composita sunt, Prosperi continuatione recentiora illa quidem iudice Roncallio, at in priore iam Eusebii parte (l. in not. 54. supra l.) obvia ex ratione LXX interpretum.[59]) Quae quum in chronici altera parte non inveniantur, mihi quidem, quamvis Eusebiana ea censeam, minora tamen videntur, quam ut ex his solis Orosium et priore Eusebii parte usum esse, vel Hieronymum eamdem vertisse, statuam vel coniiciam.[60]).

Alter ibidem numerus „A Nino autem vel Abraam usque ad Caesarem Augustum — nativitatem Christi — anno imperii Caesaris XLII — colliguntur anni 2015" Eusebii est (Col. 415.).

Denique in fine historiar. p. 587. „Explicui, inquit Orosius, per annos quinque mille (milia) sexcentos et septendecim cupiditates et punitiones hominum" . . . Videamus:

ab Adam ad Ninum et Abraam sunt anni	. .	3184
ab Abraam ad Chr. nat.	. . . .	2015
	fiunt	5199

quos si detrahis a 5617 illis, 418 relinquuntur anni. Unde

59) Cf. Scalig. animadv. in Euseb. p. 14.

60) De qua re, ut notum, multum certatum est. Cf. Aucherii praef. p. 28. ante edit. Armeniac. Eusebii.

forsan cuipiam videatur non annus fuisse **1169**, sed **1170** (sec. aer. Cat.), quo historias suas confecerit Noster. Neque obstant quae facta leguntur in capite ultimo, obstant autem fortasse illa „nunc per biennium“ (VII, 41. p. 579.) de Gothorum in Hispanias irruptione, quae ad annum 417 p. Chr. nos reiiciant. Quo accedit, quod verisimiliter siglis tantum, non syllabis expressus fuit in codd. mss. numerus ille ultimus, ubi facillime quid est immutatum incuria scribarum. Quibus, atque aliis de causis, supra indicatis, nos quidem in anno 417 acquiescimus. Haec equidem subiunxi, ut intelligatur, quemadmodum etiam anni mundi adhiberi possint ad definiendum tempus, quo Noster historias suas finierit, quod sane a Cölln l. saepius l. not. 25. negatur.

§. 4. AETHICVS.

Orosius lib. I. c. 2. p. 10—35.

Brevem orbis terrarum adumbrationem, quae hoc capite continetur, eandem esse cum cosmographia, quae dicitur Aethici cuiusdam, iam fere primi vel huius vel Orosii videre editores, ancipites illi vero uter utrum descripserit, lubentius tamen Orosium sua ab illo mutuatum esse accipientes.

Aethici nomen maxime dubiae sane fidei, nec de quo certi quidquam possit afferri, quam quod re ipsa patet, hunc cosmographiae auctorem, et illum Aethicum Istrum a Plutarcho et Athenaeo memoratum, plane diversas esse personas. Codices hoc nomen indicare videntur. Praeterea omnibus itinerariorum editoribus, a Simlero usque ad Conradum Mannert, Aethicus, cosmographiae auctor, quasi positus est: eum vero etiam, quod dicitur Antonini, auctorem esse itinerarii, cui opusculum illud tanquam introductionem praemisisset, aut in dubium vocant, aut probare student. Hoc ut pro certo exploratoque habeamus, id ut sic demonstraret, nulli quidem contigit; nihilominus tamen haec opinio et nobis arridet.

Nomen scriptoris nullius fere, res vero ipsa maximi ponderis, quoniam si eundem esse auctorem cosmographiae et itinerarii credere licet, quominus Orosium sua ex illo de-

scripsisse statuamus, nil impedit, quum itinerarium Antonini, ut hodie legitur, non ante nec multum infra Constantini M. aetatem poni ac demitti [61]) possit. Novissimus tabulae Peutingerianae editor, Conr. Mannert l. l. (introd. p. 8.) et notis codicum, et Flodoardi [62]) imprimis et Hugonis [63]) Flaviniacensis, saeculi noni scriptorum, testimoniis, vel etiam causis interioribus rem suam gerere conatur, ac resectis a genuinis cosmographiae partibus spuriis, [64]) in hunc modum sua comprehendit: „Aethici incorruptam cosmographiam introductionis loco itinerario praepositam fuisse, omnia magno consensa docent; pro re certa id asserere animus impulit me deprehendentem, in libello eodem quo in itinerario modo civitatem Constantini, quae Byzantium prius dicta est, produci; et multo magis ultimi compendii verbis: „„Et quoniam universa terrarum orbis spatia vel insularum descripsimus nunc ad maiorem demonstrationis structionem, in quantum vigilantia nostra investigare potuit, demonstrabo."" Sed pronunciare conantem reiicit ipse Aethicus, additis hisce paucis: „„ex aeterna urbe Roma initium sumens, quae caput est orbis et domina senatus."" Cuius periodi itinerarium ipsum continuatio statui nequit, cum id non ab urbe Roma, sed ab extremis Africae regionibus descriptionis initium faciat. Verisimilitudine e connexione testimoniisque vetustis ducta standum igitur, quae si forte lectoribus minus arrideat, nec agnoscatur Aethicus auctor, editionem tamen versus finem saeculi quarti perfectam esse in certis remanet." —

Quamvis miremur, itinerarium non ab urbe incipere,

---

61) Cf. Wesselingii praef. ad vet. Romanor. itiner. p. ** 11. et Conr. Mannert. introduct. in tab. Peuting. p. 8.

62) Hist. eccl. Rhemens. l. I. c. 1. Tom. XVII. bibl. Pp. max. p. 506.

63) In chron. Virdunens. ap. Labbé, nov. bibl. mss. libror. Paris. 1657. fol. Tom. I. p. 79.

64) Quam intrusam hominis insulsi, ut putat saeculi VIII, introductionem reiicit Mannert, eam Simler (Aethici cosm. etc. epist. dedicat. p. ** 14.) descriptionem secundum coeli plagas quadripartitae terrae censet, cuius Aethicus initio verae cosmographiae meminit, quam autem frustra quaeri Mannert asserit, falsariumque illum hanc et alia corrupisse arguit.

tamen res ita est, et ne coniecturis, quibus quae impedimento est periodum explanemus, frustra indulgeamus, rem sane esse vix diiudicandam non diffitemur. At mihi quidem quae pro opinione illa, eundem esse auctorem cosmographiae et itinerarii Antonini, proferuntur causae idem, adeo plus valere videntur quam quae contra illam protulere viri docti dubia. Ideoque Orosium, quum brevem terrarum descriptionem necessariam, quae operi suo praemitteretur, censuisset, illam Aethici, aut cuicunque vindicanda est, cosmographiam ad verbum suis inseruisse historiis credo, quod ut credam etiam hisce, quae aliis fortasse non minus probabilia videantur commoveor. Accuratior enim cum aliis geographis, potissimum cum Pomponio Mela collatio, iis Nostrum non usum esse, satis superque demonstrat; quum fere congruat nonnisi, ubi res ipsa exigit, multa vero, ni in Aethico, alibi vix invenienda contineat. Neque a Plinio, nec Solino, neque aliis etiam posteriorum temporum scriptoribus, quae ad alium atque illum Nostri fontem ducant, suppeditantur.[65]) Quibus accedit Orosii fontes tractandi ratio, qua vel excerpit eos, ipsorum usus verbis, ubi largiora praebent, vel adeo describit, ubi concinnam et brevem rerum narrationem operi Orosiano aptam offerunt. Nec fere de una eademque re pluribus quam uno utitur auctoribus.

Iam si denique textum Nostri et illum Aethici[66]) conferimus, nusquam non eadem habemus verba, paucissimis tantum in locis paululum immutata; omissa vero ab Orosio nonnisi quae nihili fere sunt, ut ex. gr. p. 23. l. 17. post „Achaiam", Aethici p. 41. „et Aegeum mare"; vel p. 28 in fine adumbrationis Europae, Aethici laus Italiae p. 45 (alia). Addita a Nostro, quamvis maioris momenti nulla, tamen passim quaedam, quorum sicuti et mutatorum hunc habe indicem.

Initio et in fine libelli, ut res ipsa exigebat, quaedam immutata (et omissa) ab Orosio. Dein p. 14. l. 5. „Aracosia, Parthia, Assyria,

---

65) Cf. et Grubitz. em. Oros. p. 6 et 7.

66) Usus sum prima ei. edit. Simleri. Basil. 1575. 12. (et altera, quae una c. Pomp. Mela et Solino prodiit Lugd. Bat. 1646. 12.)

Persis et Media" melius quam Aethici p. 35. „Aracosia, Syria et Media". Tum ead. p. l. 9. „quantumvis scripturae sanctae universam saepe Mediam vocent", ap. Aethic. l. l. „quamvis universae scripturae saepe Mediam vocant." — p. 15. l. 3. „et Armeniae" Aethic. p. 35. desunt. — p. 19. l. 15. „ad Armenias pylas vel" Aethic. p. 38. desunt. — p. 21. ll. 1 et 2. „et Laser nascitur" pro quibus Aethic. p. 38. „quem et Padum dicunt" (?). — p. 26. l. 3. „circium" Aethic. p. 43. deest. — p. 28. l. 1. „a ceteris separata circium versus medio sita"... Aethic. p. 44. „a caeteris patet longius secreta in medio"... Magis autem mutatum est initium descriptionis Africae ap. Oros. p. 2$\frac{8}{9}$. Uncis ibi (p. 28.) inclusa a l. 9. ad l. 11. „quippe — accedant" Aethic. desunt; item p. ead. l. 14. verba „et Pentapolis". (Orosius in Africa morabatur!) — p. 30. l. 12. „Byzacium, Zeugis et Numidia" Aethico p. 47. omissa, plane superflua, spuria mihi quidem videntur. — p. 34. l. 7. „longe positas" item superflua, Aethico p. 50. itidem desunt. — ibid. l. ult. pro „magis" Aethicus p. 51. habet „magnitudine" (hui. modi plura adhuc).

Nomina numerosque aliquoties differre apud utrumque talibus in rebus vix miraberis, ap. Oros. p. 11. l. 5. „Roxolanorum", Aethic. p. 33. „Rhobascorum"; p. ead. l. ult. „Paraetonium", Aeth. „Partheno", id. p. 29. lin. ult., in Aeth. p. 46.; p. 12. l. 3. „Caleartium", Aeth. p. 33. „Galearum"; ibid. l. ult. „Caligardamna", Aeth. p. 34. „Calidardam"; p. 13. l. 4. „Octorogorrae", Aeth. p. 34. „Octocordis"; p. 15. l. 3. „Dacusa", Aeth. p. 35. „Adcusa"; p. 20. l. 2. „Memarmali", Aeth. p. 38. „Menalius"; ibid. l. 3. „Dahas ac Araucas et Parthyenas", Aeth. p. 38. „Dapsassa Caraucas et Parthenasis"; p. 28. l. 6. „Scenae", Aeth. p. 45. „Sacanae"; p. 31. l. 5. „Uzarae", Aeth. p. 47. „Suggarem. — alia. — P. 15. l. 1. „XXVIII", Aeth. p. 35. „XXXIII". p. 32. l. 7. „CLXXV — CXXV", Aeth. p. 48. „CLXXXII — CXXII". ibid. l. ult. „LIII", Aeth. p. 49. „LIV". p. 33. l. 2. „CC", Aeth. p. 49. „DXC". ibid. ll. 8 et 9. „CLIX — CLXXII", Aethic. p. 49. „CXLIX - CLXXIV". Miremur potius non plura differre. Praeterea etsi in Nostro interdum quaedam clariora meliusque dicta videantur, tamen utriusque textum corruptissimum adhuc esse, facile animadvertitur. [67]) Unde vero medicina possit afferri, vid. ap. Grubitz. em. Oros. p. 7., qui iam quaedam huc spectantia eruit; ibid p. 12 — 14.

§. 5. DE FONTIBVS FABVLARVM AB OROSIO COMMEMORATARVM.

Nostri fontes multorum, ubique fere obiter tantum et notissimarum instar rerum, praesertim in libro primo, allatorum mythorum, vix fieri potest ut indicentur, ne dicam accurate demonstrentur. Si quidem Beckius in dissertatione

67) Cf. nott. in Oros. et scholia Simleri in Aethic.

sua capitum illorum „fabularum scriptores, qualis Hyginus et alii“ fontes indicat, sane minus recte et nimis leviter egisse videtur. Nam si contuleris Orosiana huc pertinentia cum Hygino et aliis (Fulgentio et Lactantio Placido, ut longe posteriores omittam, quorum hi non nisi ad Nostri fontes potuissent ducere) nil plane resultat. Sed potius, ut iam sub Eusebio-Hieronymo significatum est, res ita se habere videtur: antiquae fabulae e ludis literariis, et theatris fortasse, aeque Orosio atque eius aequalibus innotuerant et inhaerebant, aut si quis minus perspectas habuisset eas, ubicunque ad cognoscendas facilis ei erat aditus; ita ut notissimas eas credere et tractare potuerit Noster. Cuius rei documenta ex Orosio ipso possunt afferri: nam I, 12. p. 61. „Taedet etiam, inquit, ipsius Pelopis contra Dardanum atque Troianos, quamlibet magna referre certamina: quae quia in fabulis celebrari solita sunt, negligentius audiuntur.“ Dein I, 17. p. 7^{0}_{1}. post memoratum bellum Troianum et Homerum „nec per ordinem nunc retexere nostrum est, quia et operi longum et omnibus notum videtur“. Denique I, 18. p. 72. de Aeneae adventu in Italiam etc. „ludi literarii disciplina nostrae quoque memoriae inustum est“. Suffecit igitur e copia fabularum maxime horridas eligere et ordine quodam chronologico dispositas operi ipsi inserere: ubi, ut vidimus, Eusebius et res et ordinem earum suppeditavit, quae ex cognitione ipsius Orosii, in his quidem parci nec iusto profusioris, auctae amplificataeque sunt.

Qua ratione capita 7, 9, (10 in fin.), 11, 12, 13, 17, 18, adeo 20 libri primi orta accipiam. Praeterea in mythis et fabulis veterum bene versatos Nostrum et aequales alibi quoque cognoscimus, quum VI, 17. p. 427. neque illepide Medeae illius, et VII, 1. p. 453. Iovis acervos formicarum in homines mutantis meminerit.

Si nihilominus quis fabularum Orosii fontes quaerat, poetas Romanorum veteres, prae caeteris Ovidium (metamorphoses) et Virgilium eos arbitretur.

§. 6. BIBLIA SACRA.

Nusquam mirandum, si in scriptore Christiano historico nonnulla bibliorum sacrorum occurrunt, ut in libris Orosii nonnunquam, tamen sat raro, si respicis ad totum opus. De his autem, excursibus magis ab Orosio additis insertis, quorum alio adhuc loco meminerimus, ne hic sermo sit, eo prohibemur, quod biblia sacra eatenus tantum in censum venire possunt, ubi de fontibus Nostri agitur, quatenus fundamenta ea sive aperta sive verisimilia expositionum Orosianorum recognoscimus.

Iam in capite priore vidimus, et causam rei indicare conati sumus, Orosium ab historiis sacris maxime se abstinuisse, quamvis initio eas commemorare velle, et in fine operis id fecisse se simulet quasi,[68]) eumque paucis modo in locis libri primi sacrarum historiarum meminisse, tantum fere ut paganorum quorundam vitiosam earum narrationem carpat et corrigat, et auctoritatem rerum a populo Dei gestarum servet, denique historiam Christi aeque fere omisisse eum, eamque ubi Salvatoris mentionem fecerit notam potius supposuisse. Sed quantulacunque ea sunt, quae de historiis sacris adfert Noster, tamen cognitionem sacrorum bibliorum et compositionem ad instar eorum produnt, ita ut in locis iam laudandis Orosii fontes ea significare non solum possis, verum etiam debeas.

Prima huc pertinentia exstant I, 3. p. 35 sq. in brevi de diluvio sub Noë notitia, qualem e Moysis I, 6—8. cognitione exortam credamus; praesertim quum quos ibi (p. 36.) arcessit „veracissimos scriptores“, modo biblia designentur per antithesin scriptorum „praeterita quidem tempora ipsumque auctorem temporum nescientium, tamen ex indicio et coniectura lapidum etc. discentium“, i. e. profano-

---

68) Lib. I, 1. p. 7. „Quapropter, inquit, res ipsa exigit ex his libris quam brevissime vel pauca attingere, qui originem mundi loquentes, praeteritorum fidem adnuntiatione futurorum et post subsequa probatione fecerunt:“ etc. Multa sane non promittit, at fortasse promissis pauciora etiam praebet. Extrema deinde parte operis „Explicui, nquit, ab initio mundi usque in praesentem diem“ etc.

rum historiae naturalis perscrutatorum. Cui vero eorum argumentum e natura rerum sumptum, obiter quidem, nec tamen inconsiderate ibi proditum, debeat Orosius, vix erui possit: tamen etiam ei ipsi hoc aeque ac finem capitis concedamus. 69)

In capite quinto libri primi (p. 40 sqq.) de excidio Sodomae et Gomorrae agit, ibique Taciti (h. V, 7.), ut putat, de industria reticentem, iterumque se prodentem narrationem emendat, itidem sec. Moysen (I, 19 et cc. priora); quamquam expositio a verbis inde „In confinio Arabiae et Palaestinae" etc. (p. 41.) ad alium quendam propiorem fontem ducere videtur, quem me nondum reperisse profiteor.

Simili ratione corrigit Orosius (I, 8. p. 48 sqq.) Iustinum (XXXVI, 2.) quod attinet historiam Iosephi; nec minus hic Moyses (I, 41—47 impr.) recognoscitur. Ibidem (p. 49.) et iam primum ipse laudatur Moyses.

Magis adeo idem (II, 1—14.), quem secundo laudat Noster, adest in loco (I, 10. p. 54—56.) de decem Aegypti plagis et de exodo Israelitarum, ad corripiendum et emendandum iterum Iustinum (l. l.) et Tacitum (h. V, 3.). 70) Sed quam ibidem (p. 5$\frac{6}{7}$.) superstitiosissimam addidit probationem ducti feliciter per mare rubrum agminis, cuius ortus vix demonstrabilis, libenter concedamus Orosio ipsi, documentum sane mirae credulitatis, si bona fide eam scripsit. 71)

Praeterea, quamvis in nuce tantum Moyses praebeatur

---

69) Simile quid, sed non idem exstat in Eusebii parte priore (p. 60. ed. Maii et Zohrab.), ubi sua aetate in fastigiis Libani montis inventorum, atque ab ipso visorum piscium meminit, itemque ut diluvii argumentum id profert. Unde vero nemo cognitionem huius prioris quoque Eusebiani chronici partis Orosium habuisse coniicere velit, quum, ne alia adiiciam, Eusebium-Hieronymum minime inter nescientes temporum auctorem etc. potuisset numerare.

70) P. 54. „Quapropter quia Moysi magno illi duci testimonium ambo dixerunt, ab ipso sicut per eum et gesta et dicta sunt, proferentur."

71) Huiuscemodi res, ut et documentum illud diluvii, ex indicio lapidum sumptum, credere licet Orosium fortasse audivisse, aut aliquando legisse, uno verbo scivisse et locis illis e memoria inseruisse. Ubi et ipse et nos frustra fontem certum indicare studeamus.

ll. ll., tamen adeo versus eius singuli passim aperte elucent.

Quae denique Orosius, nota magis, ut iam dictum, ponens ea, de Christo Iesu aliis in locis adfert, ex evangeliis sumpta sunt: ita l. VI. c. 22. p. 449. de censu illo maximo, [72]) ex ev. Luc. 2, 1., cuius et alia ibidem vestigia; l. VII. c. 3. de caede puerorum Bethlemitica, ex ev. Matth. 2., sicuti eiusdem (24, 6—9.) versus in fine capitis exstant. Nec dubitet quisquam, quin de passione Christi evangeliorum narrationem noverit Orosius, quamvis quae de hac (VII, 4. p. 462.) [73]) leguntur, ab Eusebio-Hieronymo prae caeteris mutuatus sit. — Num autem VII, 6. p. 469. (ad quem loc. cf. infr. sub Rufino) ad Lucae act. Apostol. 11, 28. cognitionem recurrendum sit, addubitandum valde.

§. 7. (TROGVS POMPEIVS ET) IVSTINVS.

Laudantur ab Orosio Trogus Pompeius et Iustinus his locis: I, 8 et 10., IV, 6 bis, VII, 27 et 34., coniuncti semper, si eximas l. VII, 27 et 34., ubi Pompeius solus, vel potius una cum Tacito; quorum quum VII, 27. libri I, 8 et 10. respiciat, revera unico tantum loco Pompeium solum laudatum ab Orosio contendi potest.

Interrogandum autem, num Orosius utrumque habuerit, utroque usus sit, an ei sint iidem, una eademque persona? Trogus Pompeius quum temporum iniuria interierit, certum iudicium vix ferri poterit. Attamen non omittenda, quae pro hac vel illa opinione videantur afferenda. Occurrunt enim in contextu rerum, quas a Iustino mutuatum esse Orosium satis superque constat, nonnulla, quae frustra apud il-

72) Quem omnes imperii provincias amplectentem Lucas (et sec. eum Noster) significavit censum, eum non nisi de Iudaea actum indicat Eusebius!

73) Evangelii ibi una cum Graecor. libris citantur, sed verbis ex Eusebio descriptis. Ubi Nostri additamentum observes velim, quale in Eusebio exspectaveris, quod ei deest, p. 462. „Usque adeo autem neque lunam lumini solis, neque nubes obstitisse manifestum est, ut decimam quartam eadem die lunam, tota coeli regione interiecta, longissime a conspectu solis abfuisse et stellas“ etc. ut in Euseb.

lum investigare coneris. Iam ubi prima Iustini vestigia exstant apud Orosium (I, 4.), leguntur quaedam de Nini expeditionum terminis, deque nimia Semiramidis crudelitate et libidinibus postea, quae alium indicare videntur fontem ac Iustinum. Cui nec minus desunt, quae Orosius, vitiosissime quidem, de Phraorte et Diocle (Deioce) profert: I, 9. p. 75 et 76. Eodemque loco in historiola illa de Harpago et Astyage Herodoti vestigia, mox ipsum agnosces in rebus a Cyro gestis: II, 6. Minoris forsitan momenti haec sunt: Orosius Darii Hystaspis bellum Scythicum commemorans, hostes repentinis incursibus extremas copias Darii dilacerasse adiicit (II, 8. p. 107.) Iustino omissum; tum Xerxis navium numerum indicans (II, 9. p. 110.) etiam hic Herodoti cognitionem prodere videtur; postea conversio, si qua est, de Epaminondae morte (III, 2. p. 154.) contra Iustinum (VI, 8; 12 et 13.); denique verba illa Philippi de optimo genere mortis (III, 14. p. 177.) historiae de eius nece inserta. [74]) Quae etiamsi omnia propter hanc illamve causam parvipendenda, adeoque reiicienda putemus, tamen de his, quae ex Herodoto sumpta sunt, idem facere nobis non licebit. Nam vix dubium, quin Pompeius Trogus in primo historiarum libro, in iis quae ad Cyrum pertinebant, Herodotum secutus sit. [75]) Quid impedit, quominus et illa, quae in Iustino desiderantur, ex Herodoto illum suum in opus transtulisse coniiciamus? Accedit quod Orosii cognitionem linguae Graecae et literarum Graecarum in maximum nequimus non vocare dubium. Praeterea facile inde nobis persuadeatur, qui historias omnes regnorum et populorum Orientis e Iustino (et Pompeio) sumpserit, eum illa tantum alio e fonte non fuisse hausurum. En quae pro prima illa opinione, etiam Trogo Pompeio usum esse Orosium, luculenter possunt dici.

---

74) De rebus falsis, omnium scriptorum impugnantibus auctoritatem, de Phraorte et Deioce, cui Astyagem successisse scribit Noster, cf. not. 16. (§. 2.) et not. huc spectant. ad §. sq. — de Herodoteis vid. §. sq. — de aliis in mox sequentibus. —

75) Cf. Heeren: de Trogi Pompeii fontib. et auctoritate. in commentt. soc. reg. Gotting. Vol. XV. p. 211.

At plura atque contra talem opinandi concludendique modum longe graviora demonstrare videntur, Pompeium Orosio alium non esse ac Iustinum. Respiciamus laudandi rationem: Orosius I, 8. p. 48. „Pompeius, inquit, historicus, eiusque breviator Iustinus docet", sequentibus Iustini verbis ipsis; dein p. 49. „Haec Iustinus". I, 10. p. 52. initio capitis „Pompeius Corneliusque testantur"; paulo post ibidem „Ait enim Pompeius sive Iustinus", nec minus verba tantum Iustini leguntur; postea p. 54. „Item Iustinus adserit". IV, 6. p. 225. primo „sicut Pompeius Trogus et Iustinus exprimunt", dein „sicut P. T. et I. fatentur", neque aliud quid inveniendum ibi credas, quam quod apud Iustinum exstat. Quomodo se habeat l. VII, 27. p. 532. iam supra vidimus, nec nisi VII, 34. p. 555. restat „sicut Pompeius Corneliusque testati sunt"; qui sane locus, ut alter ille eiusdem libri, ad alium (I, 16.) referendus, ubi consona fere verba reperimus. At et locus iste (I, 16. p. 68.) scatens erroribus, epilogo quasi Orosiano insertus, attentius si eum legeris, vix dubitabis, quin e Iustino (II, 3; 2 sqq. et XXXVII, 3; 2.) oscitanter satis negligenterque lecto in Nostrum transierit. Verba igitur sunt Iustini tantum, ubi Orosius fontes laudat Pompeium et Iustinum, sicuti Iustini tantum, ubi fontem quidem non exprimit, verum aperte sequitur Iustinum. Maximi vero momenti mihi quidem videtur, quod Orosius, Iustinum ubicunque secutus, etiam omnia eius vitia descripserit, neque ullum ab eo commissum errorem emendaverit vel omiserit, quod sane interdum fieri debuit, si ipsum Pompeium ad manus habuisset, eoque iuxta epitomatorem esset usus. Exempla enim illius rei, quod attinet Orosium, Floro Eutropioque in historia Romanorum iuxta Livium utentem, plura adsunt. — Sed transeamus ad singula.

Segreganda quidem et praemittenda, quae Orosius I, 8 et 10. (quibuscum coniungas VII, 27.) de sterilitate et fame Aegypti, de Iosepho et Moyse, deque Arabici sinus transitu e Iustino (XXXVI, 2; 6—13.) affert; quum hisce in rebus non fontem sequatur eum, sed potius, ut „ignorantiam" eius suppleat et „sacerdotum Aegyptiorum fallacem malitiam" confutet, verborum Iustini meminerit. Ubi

quum artem quasi criticam exerceat in Iustinum, id solum miremur, mendam illam „filius Ioseph („eius“ ap. Iust. l. l.) Moyses fuit“ non solum descripsisse Orosium, sed etiam non castigasse.

Fontem vero sequitur Noster Iustinum in historiis regnorum ac populorum Asiae et Africae, Assyriorum, Aegyptiorum, Persarum, in florilegio, ut ita dicam, historiae Carthaginiensium ante bellum Punicum primum, in historia Graecorum ab antiquissimis inde temporibus ad Philippum Amyntae usque, in rebus ab hoc eiusdemque filio Alexandro magno et successoribus Alexandri gestis. Interim locos inter se congruentes, ubi inveniantur in utriusque, Orosii et Iustini, libris, quaeque singuli contineant, et quonam modo sint descripti, vel excerpti, vel ut ita dicam circumscripti, enotare sufficiat.

I, 4. p. 37—39. De Nino, Semiramide, eorumque regnis. Vestigia exstant Iustini (I, 1 et 2.) adeoque verba transscripta (§§. 8 et 9. libr. I, 2. ap. Oros. p. 28.). Attamen plura obvia sunt, quorum nonnulla quidem ad Semiramidis crudelitatem et libidinem pertinentia, fortasse inter Nostri „magna e parvo“ numerare licebit. (?)

I, 9. (p. prior.) p. 51. Inundatio temporib. Amphyctionis et Deucalionis, e Iustino II, 6; (7. 8.) 9—11.

I, 14. p. 63—64. Vesoris Aegyptii cum Scythis bellum, eorumque dominatio Asiae, e Iust. II, 3; 8—16. part. pr.

I, 15. p. 64—67. Amazonum origo, mores, facinora, e Iust. II, 4; 1—4. 7—12. 14—25. 31. (p. 66. Oros. „Sinope“, ubi Iust. II, 4; 17. „Orithya“.)

In verbis et verbor. collocatione minusculis quibusdam nonnunquam immutatis.

I, 16. p. 68.: epilogo huic Orosiano insertus est sine dubio locus Iust. II, 3; 2 sqq. sive XXXVII, 3; 2. Cf. supra.

I, 19. p. 73—75. De Sardanapalo, contracta e Iust. I, 3.

p. 76—77. De Astyage et Cyro, e cognitione Iust. I, 4—6. ad verbum fere Iust. I, 6; 8—10. 13—fin. cap. et I, 7; 2.

I, 21. p. 79—84. Tria bella Messenia. Initia inimicitiar. inter Lacedaemon. et Atheniens. usque ad bellum Peloponnes., e Iust. III, 4; 1—5. III, 5; 1...6. 8 sqq. 14. 15. III, 6. (III, 7; 12. 13 (—15.)). Excerpta nonnulla, magna pars ad verbum: ubicunque Iustinus ipse. Negligentissime Orosius in ultimis versatus videtur. v. inf.

[II, 2. si vis vestigia quaedam Iustini I, 3. Cf. sub Euseb.-Hieron.]

II, 6. Quae hoc capite p. 103. de Croeso Cyroque narrantur, e Iust. I, 7; 3—5. 7. excerpta, aliis aequiparatis aliis.

II, 7. p. 104 et 105. Cyri bellum Scythicum et mors, e Iust. I, 8. contractis, immutatis concinnatisque [76]) paulisper passim quibusdam.

II, 8. p. 106 — 109. Cambysis et magor. brevis commemoratio p. 10$\frac{6}{7}$. e cognitione Iust. I, 9 et 10. — Darii bell. Scyth. p. 107. e Iust. II, 5; 9 sqq. ad fin. c. [Scythar. regis nomen aliter sonans ap. Oros. „Attyrus“, atque ap. Iust. „Iancyrus“ nullius fere momenti.] Bell. Persicum prim. p. 107 – 109. e Iust. II, 9; 8 — 12. 20. Darii mors p. 109. e Iust. II, 10; 1.

II, 9. 10. 11. p. 109 — (118) 117. Bellum Persicum secundum, Xerxis mors. II, 9. p. 109 — 112.: Persae a Leonida excepti, e Iust. II, 10; 12. 13. 18—21. II, 11; 2 — 6. 11 — 18. — II, 10. p. 112—114.: Pugna ad Salamina, Xerxis fuga, e Iust. II, 11; 19. II, 12; 1. 2 sqq. — 7. 22 usq. ad fin. c. II, 13; 1 — 5. 8. 9. 10 ad fin. c. adspersis nonnullis ex II, 10; 22 — 24. — II, 11. p. 115 — 117.: Mardonii res et exitus, e Iust. II, 14; 1 — 9. Xerxis mors, ex eod. III, 1; 1. 2. Iam paraphrases ex Orosii ingenio animadvertendae: cf. v. c. quomodo Noster II, 9. p. 111 — 112., §. 18. Iustini II, 11. exornarit, cui adiicias Nostr. II, 11. p. 117. Iustinum II, 14; 9 reddentem.

Orosius p. 110. „rostratas etiam naves mille ducentas, onerarias autem tria millia numero habuisse narratur“ (Xerxes sc.). Quae Herodoti (VII, 89. 97.) vestigia prodere dici possint, quum ap. Iust. II, 10; 20., dubiae fidei loco, tantum haec legantur „Naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur.“ Novissimus Iustini editor, Dübner, ad h. l. verba illa spuria iudicat. At tum Orosio vetustiora accipiam, quum equidem potius credam, numeros Orosianos etiam ap. Iustin. antea fuisse.

II, 14. p. 123 — 127. De reb. Siciliae, deque expeditione impr. Atheniensium contra Syracusas, e Iust. IV, 2; 2 sqq. in universum. dein libri IV cc. 3, 4 et 5 excepta §. 3. omnia fere descripta, verbis interdum immutatis, additis vel omissis. Orosii „undecim naves“ p. 127. pro Iustini „XXX n.“ IV, 5; 7. fere nihili.

II, 15 — 17. p. 128 — (137) 136. Res Peloponnesiaco bello gestae post expeditionem Atheniensium in Siciliam. 30 tyranni. Thrasybulus.

II, 15. p. 128 et 129. Alcibiad. exsul; quae contra patriam, dein pro illa fecerit, e Iust. V, 1; 1—5. 7. 9 ad fin. c. usque. V, 2; 2. 4. 5. (8.) 10 usque ad fin. c. In brevius redacta omnia; mutatis, additis paucissimis. — Orosius scribit de Dario p. 128. „sumtus belli et copias pollicetur“ (Lacedaemoniis sc.), sed de copiis nil ap. Iust.

II, 16. p. 130 — 132. Res in bello gestae inde ab Alcibiadis reditu usque ad obsidion. Athenar., e Iust. V, 3; 1 — 6. (mirum in modum contrita) 8 sqq. — ad fin. c. V, 4; 1—7. V, 5; 1 — 5. (nec minus fere contrita) V, 6; 1. 3 — 7 et 10. (pro §§. 8 et 9. Oros. verba suo ex ingenio substituit) V, 7; 1 et 3. V, 8; 1 et 3.

---

76) Cf. v. c. Oros. extr. c. p. p. 105 et Iust. l. l. §§. 13 et 14.

II, 17. p. 133—136. Pax Atheniensib. data, 30 tyranni a Thrasybulo eiecti, e Iust. V, 8; 3—7 et 9 ad fin. usq. c. V, 9 excepta tantum §. 8. (nonnullis passim (vix) mutatis). V, 10; impr. §§. 1—4. 8—11.

II, 18. p. 138 ad verba usque „potestatem regni parricidio firmavit". Dario (II) rege mortuo, bellum inter Artaxerxem et Cyrum fratres, sec. Iust. V, 11; 1—3. 8 et 9. (Dicendi genus magis Orosianum.)

III, 1. p. 146—152. De bellis Lacedaemonior. cum Artaxerxe, Thebanis, Atheniensib. usque ad pacem Antalcideam.

Caput quasi eorum, quae initio p. 146—147., ut ultima libri prioris cum sequentib. his coniungantur, dictione Orosiana leguntur, in Iust. VI, 6; 5 et 1. quaerendum, cuius vel verba recognoscuntur. Sequentes tum bellorum motus inde a p. 147. e Iust. sumpti sunt: VI, 1; 1. 2. 4 sqq. 7. 9. VI, 2; 1. 2. 4—9. 16. 17. VI, 3; 1. 8. 4—7. 9... VI, 4. VI, 5; 1. 2. 6—10. VI, 6; 1—3. modo ad verbum, modo excerpta, modo paraphrasis.

III, 2. p. 152—(155) 154. Lacedaemonior. in Arcadia res minus prospere gestae, Thebanor. ad Mantineam victoria, Epaminondae mors. Init. Orosian. reliqua e Iust. VI, 6; 6 usq. ad fin. c. VI, 7; 1—4. 10—12. VI, 8; impr. 11—13. 2. et hic ipsa verba, excerpt., paraphras. Oros. p. 154. de morte Epaminondae „remota manu qua vulnus occluserat, egressum sanguinis ac mortis patefecit introitum" discedunt a Iust. atque ab aliis; Orosium autem ipsum satis mihi quidem sapere videntur.

III, 12. 13. 14. p. 167—(178) 177. Res a Philippo, rege Macedonum, gestae.

III, 12. p. 167—174. — p. 167—169.: Philippi initia, prima cum (Atheniens.) Illyriis, Thessalis bella, nuptiae Olympiadis, Methonae expugnatio, e Iustin. VII, 4; 3 et 5. IX, 8; 1. VII, 5; 3—6. immixto VII, 4; 7. sequitur VII, 5; 9 et 10. in nuce immixtis VII, 6; 3 sqq. VII, 6; 6—9. 10—12. 14 usq. ad fin. c.

Non omittenda alia, ut videtur, apud Iustinum quam apud Orosium, cognationis affinitatisque definitio: apud illum res ita fere se habet:

Alcetas
Neoptol. Arruba.
Tros : Arrubae | Olympias : Philippo nuptae.

ap. Orosium Olympias Arrubae soror dicitur.

At procul dubio Orosius Iustinum secutus est his in rebus. Quod vero medicamen possit afferri, vid. e Weiskio (de hyperbole error. in hist. Philippi commissor. genitrice) ap. Dübner. ad Iust. VII, 6; 10.

p. 169—172.: Philippus intestinas Graeciae discordias fovet, bellum sacrum, Ph. arcessitus ad eum finiend., quum se per Atheniens. ab ingressu Graeciae exclusum videat, in socios saevit, (in Chalcidicam transit,) parricidia in fratres committit, Olynthum delet, Thessaliam,

Thraciam invadit: e Iust. VIII, 1; 1—4. 7. (8.) 11—14. VIII, 2; 1. 4. 8. VIII, 3; 1—4. 6. 10 ad f. usq. c. — Oros. p. 172. de Thraciae illis regib. „inscios iuvenes vita regnoque privavit.“ ap. Iust. VIII, 3; 15. tantum „regno utrumque — spoliavit.“

p. 172—174.: pax c. Atheniensib., fraude deceptis Graeciae partib. Ph. Thermopylas occupat, status Graeciae miserrimus, e Iust. VIII, 4; 1—6. 11. 12. VIII, 5; 1. 5. 7—11. VIII, 6; 1. (ut supra: ad verb., excerpt., paraphras.)

III, 13. p. 174—176.: Ph. Byzantium frustra obsidet, Scythiam bello aggreditur, e Iust. IX, 1; 1—3. 5 ad f. usq. c. Triballi praedam ei eripiunt. Ultimum Atheniens. bellum, pugna ad Chaeroneam, e Iustin. IX, 3; 1—6. 8 ad fin. usq. c.

III, 14. p. 176 et 177.: Thebanor. excidium, e Iust. IX, 4; (6.) 7 sqq. Apparat. ad bell. Persic., ex eod. IX, 5; 4—8.

Philippi interitus, ex eod. IX, 6; 1. 3. 4. in nuce VIII, 6; 4 sqq. immixtis.

III, 16. 17. 18. 19. 20 (prim. part.). p. 180 — (195) 193. Res ab Alexandro magno gestae.

III, 16. p. 180—184.: Al. Thebanos, Illyrios, Thracas, alios perdomat, e Iust. XI, 2; 7 et 10 impr. XI, 3; 5. (6.) XI, 4; 7.

[Quae ap. Nostr. p. 181. part. super. male collocata, nec clarius exposita leguntur „caeteras urbes Achaiae et Thessaliae vectigales fecit. Illyrios quoque et Thracas translato mox abhinc bello, domuit“; quorum Iustinum hoc modo meminisse vix invenias, tamen ex his fere eius locis concinnata: XI, 3; 2. XI, 1; 6. (quibusc. cf. XI, 9; 4.)]

Al. proficiscitur in Asiam, pugna ad Granicum, e Iust. XI, 5; 1. XI, 6; 2. 3. (10.) 11. 12. Gordii expugnatio, e Iust. XI, 7; 3. (15.) (Orosius adiicit „quae (Gordis ? sc.) nunc Sardis vocitatur.)

Al. per Taurum tendit, pugna ad Issum, e Iust. XI, 8; 1—4. XI, 9; 1. 2. [hic adiecit Oros. „sub una die“ ??] (3 sqq.—) 8. 9—12. XI, 12; (1—4 impr.).

Al. pergit in Syriam, Tyrum capit, in Aegyptum transit, ad Ammonis templum se confert, Alexandria condita, e Iust. XI, 10; 4. 6. 7. 10 sqq. impr. 12 ad f. usq. c. XI, 11; 1 — 6 impr. (in modum Orosii) 13. [p. 182 et 183. differentes numeri] permulta hor. ad verb., excerpta nonnulla, paraphrases paucissimae.

III, 17. p. 184—186.: Darii ult. c. Al. proelium et interitus, e Iust. XI, 12; 5. (differ. numer.) XI, 14; 1—3. 6—8. 10. XI, 15; 1. 4. 5. 15. impr. plura ad verb., excerpt., nonnulla ex ingenio magis Nostri picta, quam mutata vel circumscripta, ut quae de morte Darii exhibentur.

III, 18. p. 186—189.: bell. Agidis c. Antipatro, e Iust. XII, 1; 4. 6 sqq. ad f. c. bell. Alexandri Epirotae in Italia, ex eod. XII, 2; 1. 12—15. bell. Zopyrionis c. Scythis, ex eod. XII, 2; 16 et 17.

Al. m. quos post mortem Darii subegerit populos, e Iust. XII, 3; 4. 5. [XII, 4; 12.? consecutio enim rer. ad hanc Iustini paragraphum, tanquam fontem ducit; sed dubium fortasse possit nasci e verbis

Orosii, [77]) quum nil insit Iustini loco, quod ut Orosius ita scriberet, causa fuerit; nisi credamus, Nostrum respicientem capitis 3 initium sua sibi vel finxisse. Concedendum tamen inde vix aliud quid peti potuisse, quam illud „diu obnitentes". Res non clara.] sequentia e Iust. XII, 5; 9 et 12.

Alexandri saevitia in suos (nova bella) } e Iust. { XII, 5; 1. XII, 6; 14 et 3. XII, 6; 18 et 17. XII, 7; 2.

III, 19. p. 189—192.: Al. Indiam domat, e Iust. XII, 7; 4. 6. 9. 12. 13 (ad verb. max. part.).

Porum regem superat, ex eod. XII, 8; 1. 3—5. 7. 8. 9. 10 sqq. (in nuce) 16 et 17. — Alias gentes urbesque subigit, ex eod. XII, 9 (except. non nisi minuscul. §§. 7 et 13.). XII, 10; 1—4.

Max. p. ad verb. — nonnulla excerpt. — nullae fere paraphras.

III, 20. p. 192 et 193.: Al. Indum fluv. ingreditur. Babyloniam redit, sec. Iust. XII, 10; 5 et 7. — Al. provinciar. legatos excipit, ex eod. XII, 13; 1. 2. — Al. moritur, sec. Iust. XII, 13 part. post. (6—10 in nuce).

III, 23. p. 200—210. Res a successoribus Alexandri gestae, (Init. Oros.) p. 201—203.: divisio provinciar., e Iust. XIII, 4; 10. 12—23. ad verb. c. omnib. fere nominum confusionibus.

p. 203.: Graeciae defectio (s. bell. Lamium), e Iust. XIII, 5; 2—6. 8. (9.) 10. 12. 14. excerpt. max. part. servatis Iust. verbis. — Perdiccas contra Ariarathum Cappadociae, e Iust. XIII, 6; 1 et 2. ad verb. fere.

p. 203—205.: bell. inter Perdicc., Antigon., alios usque ad Eumenis captivitatem, e Iust. XIII, 6; 8..11..16. XIII, 8; 1. 2—8. 10. XIV, 2; 1. 2. 4—6. XIV, 3; 2. 3. 11. XIV. 4; (1.) 20. — excerpt. max. part.

p. 205—206.: res Macedoniae usque ad Olympiadis obitum, e Iust. XIV, 5; 1—5. (mutata quodammodo expositione. „flagitiose cognitum" quod attinet Cassandrum, de Eurydice, adiectis.) eiusdem lib. et c. §§. 9 et 10. XIV, 6; 1. 2. (5 sqq. in nuce) 13.

p. 206.: bell. foederator. Ptolemaei, Cassandri, Lysimachi et Seleuci contra Antigon. et Demetr., e Iust. XV, 1; 1. 3. 4. 6... ibid. Cassandri res, e Iust. XV, 2; 1—3. (mutato init. Iust. enim „Dum haec aguntur, Cassander ab Apollonia rediens incidit in Aut.:" Orosius contra „Cassander, Ptolemaeo in victoria particeps factus, cum Apolloniam rediret, incidit in A." [cf. Diod. XIX, 67. extr. p.]

p. 207.: Ptol. proelio nav. a Demetr. victus, e Iust. XV, 2; 6. Antig. et Demetr. nomen regium assumunt, item alii, e Iust. XV, 2; 10 sqq.

ibid. —208.: nov. contra Antigon. foedus et bell. (pugna ad Ipsum),

---

77) Ap. Iust. l. l. nil nisi „Parthis deinde domitis, praefectus his statuitur ex nobilib. Persar. Andragoras"; Oros. p. 187. „Post haec Parthor. pugnam adgressus: quos diu obnitentes delevit propemodum antequam vicit."

e Iust. XV, 4; 1. 10—14. 21 ad f. usque c. et libri — exornata passim a Nostro.

p. 208—209.: res Macedoniae post Cassandri mortem, e Iust. XVI, 1; 1. 5. 8. 19. XVI, 2; 1—4.

p. 209—210.: Lysimachi res et exitus, e Iust. XVII, 1; 4. 2. 8. 10. 9 et 12. XVII, 2; 1—4. (Oros. p. 209. adiecit „exstinctis iam XXX et IV Alexandri ducib.")

IV, 6. p. 224—(232) 230. De Carthaginiensium origine et reb. ante bell. Punic. I. florilegium, ut dixi, e Iustini ll. XVIII, XIX, XXI, XXII (XXIII).

p. 225.: antiquissimor. Carthaginiensium (res et) facinora, e Iust. XVIII, 6; 9 (cf. et c. 5.) — 12. — p. 226.: exsules sub Mazeo Carthaginem oppugnant, e Iust. XVIII, 7; 1. 2 sqq. 9. 15—18. — p. 226—227.: calamitas sub Imilcone in Sicilia, e Iust. XIX, 2; 7—11. id. l. c. 3; 1. 2. 11. 12. max. part. ad verb. — p. 227—228.: Anno summum adfectat imperium, e Iust. XXI, 4; 1—4. 6—8. Amilcar Rhod. a civib. suis ingratis necatus, e Iust. XXI, 6; 1. 2. 5 ad f. usq. c. et l. — p. 228—230.: bell. c. Agathocle Syracusano, e Iust. XXII, 4; 1. — c. 5; 2. — c. 6; 4—9. — c. 7; 1—8. max. part. excerpt. et Iust. verb. — Quae leguntur ap. Nostrum p. 230. „Deinde cum post mortem Agathoclis — conversi sunt", haud dubie conceptionis magis sunt Orosianae, cognitionem tamen Iustini XXIII, 2 in fine et c. 3. innuant.

Praeterea hoc in c. temporum definiendor. causa adiecit quaedam Orosius p. 226. 227 et 228. („Haec Cyri — Darii — Philippi temporibus gesta sunt"), quorum originem equidem non vidi.

Orosius igitur Iustinum suum modo ipsius vestigiis persequens, modo excerpens, ubi iste res rhetorice exornat, vel adeo exaggerat [78]) minus accurate, aut ab ordine rerum discedit, idem facit; ubi fallitur Iustinus, etiam Orosius fallitur; ubi propter nimiam brevitatem vel aliam ob causam in errorem inducitur, Orosius pariter errat. Adeo epitomen epitomes reddebat Orosius, nec minus quam Iustinus exornando indulgebat et exaggerando, quamvis alium in finem, interdum etiam falsi quid protulerit, a Iustino evitatum. Restat ut indicem adiiciamus errorum, quos sive una cum Iustino, sive solus in excerptis e Iustino commiserit Orosius.

---

78) Qualia occurrunt in historiis Philippi et Alexandri; v. c. in maximis illis copiarum numeris — qui et Nostro pergrati — in historia de legatis ab omnibus undique provinciis ad Alexandrum in Syriam advenientibus. al. (ap. Oros. III, 16. p. 183. ap. Iust. XI, 10; 6. ubi cf. Dübner. ad h. l.)

[Oros. I, 9. p. 51. Antea et hic et ap. Iust. II, 6; 9. „Amphitryon“ mendose legebatur; codd. vero quidam Iustini „Amphictyon“ habere dicuntur, ut a Fabric. ap. Oros. emendatum est; sed neque hoc rectum esse videtur. Cf. Dübner. ad Iustin.]

I, 21. p. 83—84. negligentissime cum Iust. III, 6; 12 et 13. temporum ordinem interrumpit Noster, aetate distantia coniungit, ab anno 455 ad an. 453, adeo 439 transiliens uno tenore. cf. Dübn. ad h. l. Iust. Verum oscitantiae suae magnum documentum ead. p. 84. Orosius reliquisse videtur. Scribit enim „Hinc porro per annos L incerta semper victoria terra marique pugnatum est, donec Spartani et opibus imminutis et fide profligata, sociis quoque probro fuere“. Quae minime quidem dilucide expressa, vix tamen de alio ac Peloponnesiaco intelligi possunt bello, quum fere cuivis alii verborum explicationi et locus et rerum nexus obstent. Nec dubium, quin prodierint haec ex his Iustini §§. (III, 7; 12. 13(—15).) „Nec cessatum deinceps est, quin aut terra aut mari proeliorum fortuna invicem se trucidarent. Denique fessi tot malis pacem in annos L fecere, quam“ et q. s.!

II, 6. p. 103. Inversionem rer. ac tempor., Babylone capta ante Lydos a Cyro subactos posita, valde corripit in Nostro Scalig. isagog. canon. l. III. p. 323 et 328. at menda est Iustini I, 7; 3. ubi cf. Dübner.

[II, 8. p. 107. aliud hic sane magnum socordiae documentum, in editt. eiecta voce „Persas“ post „detineri“ vix emendatum, Grubitz. eruit in emendatt. Oros. p. 20.]

II, 14. p. 124 et 125. c. Iust. IV, 3; 4 et 4; 1. „Catanenses“ ubi „Leontini“ scribendum erat. Cf. Dübn. ad prior. Iust. l.

[eod. l. et c. p. 127. in codd. vitiose c. Iust. IV, 5; 7. „Eurylochus“ pro „Eurymedon“ (edit. Haverc. vitium emendavit.)]

II, 15. p. 129. de Alcibiade „ad Tissaphernem in Mediam concessit“; quod neque ap. Iust. Mox ipse Noster de viribus Lydiae loquitur.

II, 17. p. 134. Narratio minus accurata de Alcibiadis morte c. Iust. V, 8; 14. Cf. Dübn. ad Iust. ac Fabric. et Haverc. ad Oros.

III, 1. p. 148 et 151. c. Iust. VI, 2; 17. et VI, 4; 9. Agesilaum ex Asia revocatum bis profert; falso priore loco. Cf. Dübn. ad Iust. pr. l.

eod. l. et c. p. 150. Orosius Iustinum VI, 4 et 3 sequitur, pugnam ad Cnidum, proelio ad Haliartum, quo Lysander periit, praeponens, perverso ordine rerum.

III, 2. p. 153. iterum sec. Iust. VI, 6; 6 sq. perversus rerum nexus, pugnae Leuctricae praeposita castelli (Cromnii) expugnatione.

III, 12. p. 168. verisimiliter falsa prodit de Eurydices facinorib. c. Iust. VII, 5; 4—6. ubi v. Dübn. — ibid. de Philippo „Larissam capit. Hinc Thessaliam“ — sine dubio falsi quid innuentia, fortasse vero facilius emendanda.

[ibid. p. 170. antea, ut in Iust. VIII, 1; 14. „Oenomaus“ legebatur, ubi ap. utrumque hodie „Onomarchus“ emendatum est.]

eod. l. et c. p. 171. „Cappadociam" falsissime c. Iust. VIII, 3; 6. ubi cf. Dübn.

III, 13. p. 174. „Byzantium, quondam a Pausania rege Spartanor. condita" falsissime c. Iust. IX, 1; 3. ubi cf. Dübn.

[ibid. p. 175. antea falso legebatur „(Athenienses sc.) in tanto discrimine positi Lacedaemonios — socios adsciscunt." ap. Iust. IX, 3; 5. unde illa desumpta, recte „Thebanos". in edit. Haverc. emendatum. cf. et ibid. Fabric. not. 12.]

III, 14. p. 176. falsissime „Philippus cruentissimam victoriam in Thebanos et Lacedaemonios exercuit". Tale quid neque ap. Iust. IX, 4. — ibid. p. 177. de Alex. Epirota „a Sabinis in Lucania prostratus est" — nil eor. ap. Iust. — respicit vero Oros. ad III, 11. p. 167., Sabinis pro Samnitibus positis.

III, 16. p. 180. sec. Iust. XI, 3; 5 sqq. inversus rer. et causar. ordo. Thebarum enim excidium praeivit Atheniensium legationem ad Alex., nec secutum est, ut hic.

ibid. p. 181. verbis male collocatis „caeteras urbes sqq. — domuit" anachronismi quidam insunt, quum facta longe priora, quam quae hic adferuntur, contineant; et a Iust. priora commemorata. v. supra.

ibid. p. 183. Oros. c. Iust. XI, 11; 1. Alexandrum Cilicia, quam dudum possidebat, potitum nunc esse scribit. — idem redit ap. Oros. III, 17. p. 186.

III, 17. p. 184. De ultimo Alexandri contra Darium proelio, falsissime „ap. Tarsum". neque ap. Iust. (cf. not. 2. ad h. Nostri cap.)

III, 18. p. 188. Iustinum XII, 6; 14. describens nec minus quam hic inter necatos ab Alexandro etiam Pausaniam, dudum mortuum, nominat. Cf. Dübn. ad h. l. etiam propter Eurylochum ab utroque memoratum.

III, 19. p. 190. singulare certamen Alexandri c. Poro rege, e Iust. XII, 8; 4. inter errores tamen numerandum. (v. Dübn. ad h. l. Iust.)

III, 23. p. 201—203. Divisio provinciar. inter successor. Alexandri. Verba Iustini XIII, 4; 12 sqq. fere nulla non ignota et inextricabilia. de mendis his et de medicinis, quas attulerint viri docti, v. interprett. ad Iust.

[ibid. p. 203. Corinthus socia Athenar. in bello Lamio, sec. Iust. XIII, 5; 10. error dubius. cf. Dübn. ad h. l. Iust.]

eod. loco confunduntur sec. Iust. XIII, 6; 1. duo bella diversa Perdiccae.

eod. l. et c. p. 204. de Polysperchonte e Iust. XIII, 8; 7. narrantur quae de Cratero erant narranda. Cf. Fabric. et Haverc. ad Nostr. et Dübn. ad Iust. XIII, 8; 5.

ibid. in verbis „Eumenes, Pithon et Illyrius" sqq. sec. Iust. XIII, 8; 10. sine dubio vitia inesse nonnulla indicat Dübn. ad Iust.

ibid. p. 205. Roxanes filius Hercules nominatur, sec. Iust. XIV, 6; 2. quamquam Roxanes Alexander, Hercules vero Barsines filii. (Iust. ipse XV, 2; 3. Barsinen et Herculem recte matrem filiumque nominat.)

ibid. p. 206 iteratur (v. supra ad p. 204.) sec. Iust. XV, 1; 1. Polysperchontis mors, neque vero hic recto loco. v. Dübn.

ibid. de pugna ad Gazam „Antigonus in eo bello c. fil. Demetrio vincitur“. ut constat, non nisi Demetrius solus. neque ap. Iust. XV, 1; 6. —

ibid. p. 208. „cum de praeda non conveniret“ (post pugnam ad Ipsum) foederatos in duas iterum factiones digressos esse, sec. Iust. XV, 4; 23. minime accurate. (cf. Dübn.) minoris tamen momenti.

IV, 6. p. 226. falso contra Iust. XVIII, 7; 1. „cum in Sicilia diu infeliciter dimicassent“, ubi „feliciter“ scribendum erat. Orosium vero falsum recto praetulisse, statim sequentia „iterum infelicius victi sunt“ satis demonstrant, ne dicam aptissimum hic Nostro fuisse illud „infeliciter“.

ibid. p. $22\frac{6}{7}$. in reb. sub Imilcone in Sicilia gestis Orosius c. Iust. XIX, 2; 7 sqq. errare videtur, duo bella diversa confundens. v. Dübn. ad h. l.

ibid. p. 227. vero Iustinum deserens Orosius, suo ex ingenio Imilconem „gladio dolorem vitamque“ finiisse falsissime tradit, quum inedia factum hoc esse constet.

Alios locos dubios, ubi pro Iustino (et Orosio) causae proferri possunt, ac contra eos, enotare vix iustum putavi, quippe qui plus Iustinum quam Nostrum respiciant; nec magis eos exsignavi, in quibus Orosius Iustinum secutus vel describens, facta alias vix invenienda prodit, contra quorum verisimilitudinem causam iustam obiicere nequeas. — Plura neque illepida incuriae exempla in verbis, et ubi Iustinum (et alios) sequitur Noster, exstant ap. Grubitz. l. l. p. 26. —

§. 8. SCRIPTORES GRAECI. (HERODOTVS.)

In paragrapho priori iam obiter Herodoteorum nonnullorum, textui Orosiano, vel potius locis e Iustino aperte sumptis insertorum memini, addubitans praeterea, num Orosius scriptoribus quidem Graecis in condendis historiis usus sit? Nunc vero quae huc spectent omnia colligenda nobis videntur.

In vita, quam praemisimus, Graece loquendi expertem, ex suis ipsius testimoniis, demonstravimus Orosium. Attamen fieri posse, ut sermonis quidem expers, linguae certe et literarum eatenus potens sit, ut in evolvendis et perscru-

tandis linguae illius libris facile versetur, vix quis negabit; nec verba adeo „Christus enim lingua gentis eius, in qua natus est, unctus interpretatur“ (VI, 20. p. 443.), contra quamcumque Nostri literarum Graecarum cognitionem possunt afferri, quum sane minus accurate dicta, minime tamen „Christum“ Hebraicum ab Orosio putatum esse verbum indicent. Maioris certe momenti est, quod Orosius duobus in locis Graecos scriptores commemorat in universum, tum alias Graecos alios nominatim laudat, hunc in modum, ut vel fontes eos secutus esse, vel inspexisse eosdem videatur, aut saltem nobis videri debeat. Iam I, 1. p. 6. „quoniam, inquit, omnes propemodum tam apud Graecos quam apud Latinos studiosi ad scribendum viri, qui res gestas regum populorumque — verbis propagaverunt, initium scribendi a Nino — fecere“: quae quidem scriptorum Graecorum vix cognitionem levem, minimeque iam eos in opere ad partes vocatos indicant. Dein VII, 4. p. 462. aliquot Graecorum libri laudantur iuxta evangelia, at ut iam dictum, ex Eusebii-Hieronymi chronico descripti. — Praeterea Graecorum hi fere hisce in locis de rebus a Nostro narratis citantur: Plato I, 9., Palaephatus I, 12 et 13. et Phanocles I, 12.; at horum nomina et Palaephati de incredibilibus liber ex Eusebio, ut supra vidimus, descripti sunt. Idem fere valet de Polybio, cuius auctoritatem secutus esse videtur Orosius IV, 20. p. 270. et V, 3. p. 290.; huius autem nomen priori in loco sine omni dubio, altero verisimillime e Livio sumpsit. Denique Iosephi laus exstat VII, 6. p. 469. et VII, 9. p. 480., ubi Eusebium descripsit; illo loco plane mentitum esse Orosium, in Iosepho exstare res ab ipso memoratas, iam a Spanhemio observatum est. [79]) Quod attinet ad Eusebii chronicon, satis superque nonnisi Hieronymi versione Latina Orosium usum esse, antea vidimus. — Quibus omnibus collectis non tam quamque linguae et literarum Grae-

---

79) Cf. Haverc. not. 29. ad h. Nostri l. — Palaephatus et Phanocles intercidere. Praeterea loci laudatorum reliquorum hi sunt: Platonis Timaeus ed. Lindau p. 15. (ed. Stephan. p. 13.) Polybii XVIII, 10. et in p. deperd. l. XL.; Iosephi de bello Iudaico VII, 17.

carum cognitionem Nostri, quam usum in historiis scriptorum Graecorum in dubium certe vocemus.

Eo magis mirari licet iam supra memorata Herodotea. Exstant enim [omissis I, 19. p. 76.[80]) et II, 9. p. 110. conferendis c. Herod. I, 119. VII, 89. 97. (v. supra sub Iust.)] praecipue II, 6. p. 100—103., ubi velim singula haec conferas:

Orosius	Herod. I, 189.
„Cyrus" inquit „cunctis — perdomitis — Babyloniam petit — sed impetum eius Gyndes fluvius, secundae post Euphratem magnitudinis, intercepit. Nam unum regiorum equorum, candore formaque (p. 101.) excellentem, transmeandi fiducia persuasum, qua per rapacem alveum offensi vado vortices attollebantur, abreptum, praecipitatumque merserat.	*Ἐπεί τε ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐγίνετο ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ — τοῦτον δὴ τὸν Γύνδην ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος — ἐνθαῦτά οἱ τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν, ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δέ μιν συμψήσας ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων.*
Rex iratus ulcisci in amnem statuit, contestans eum, qui nunc tam praeclarum equum voravisset, feminis vix genua tingentibus permeabilem relinquendum."	*Κάρτα τε δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι, καὶ οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως, τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας, διαβήσεσθαι.*

Cyrus dein Gynden in quadringentos sexaginta[81]) alveos comminuit, sec. Herod. I, 189 et 190 init. — Cyrus Babylonem capit: (breviter) respondet Herod. I, 191. — Tum p. 102. iterum haec habes cum Herod. conferenda:

	Herod. I, 178.
„Haec (Babylonia sc.) campi planitie undique conspicua, natura loci laetissima, castrorum facie moenibus paribus per quadrum disposita; murorum eius vix credibilis relatu firmitas et magnitudo, i. e. latitu-	*Κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, μέγαλος ἐοῦσα μέτωπον ἕκαστον εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίων, ἐούσης τετραγώνου· .... μετὰ δὲ τεῖχος πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιληΐων ἐὸν τὸ εὖρος, ὕψος δὲ διηκοσίων πηχέων.*

80) Eodem capite falsissima de Phraorte et Deioce (p. 7$\frac{5}{6}$.) ex male intellecto vel summa cum oscitantia perlustrato Herodoto sibi finxisse videtur Orosius. (?) Nota eius historiarum consarcinandarum ratione, locos Herodoti, unde ista composuerit, annotemus: I, 96 init., I, 102 extr. (103 init.)

81) 460 ap. Nostr. vetus menda, cf. not. 13. ad h. l. Praeterea in Herod. 360.

dine cubitorum quinquaginta, altitudine quater tanta.	(l. l.)
Caeterum ambitus eius quadringentis et octoginta stadiis circumvenitur.	οὗτοι στάδιοι τῆς περιόδου τῆς πόλιος γίνονται συνάπαντες ὀγδώκοντα καὶ τετρακόσιοι.
Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus,	(cf. Iust. I, 2; 7. et Herod. I, 179.) Herod. I, 178.
fossa extrinsecus late patens, vice amnis circumfluit.	τάφρος μὲν πρῶτά μιν βαθέα τε καὶ εὐρέα καὶ πλέη ὕδατος περιθέει·
A fronte murorum centum portae aereae.	Herod. I, 179.: πύλαι δὲ ἐνεστᾶσι πέριξ τοῦ τείχεος ἑκατὸν, χάλκεαι πᾶσαι·
Ipsa autem latitudo in consummatione — quadrigas capit.	ἐπάνω δε τοῦ τείχεος κ. τ. λ.
Domus intrinsecus (p. 103.) quatergeminae — mirabilis.	sine dubio sec. Herod. I, 181. turris enim est illa clarissima, et ap. Her. quatergemina descripta.

Herodotus duntaxat horum Nostri fons dubitari nequit; quomodo autem transierint ea in Orosium, utrum ex ipso auctore Graeco, an per scriptorem aliquem Latinum vix diiudicem, quamvis hoc illo credibilius mihi quidem videatur.

§ 9. LIVIVS.

Quousque historiam Romanam pertexuit Livius, eum praestantissimum exstitisse Orosii fontem, quem, paucis exceptis, fere ubique in pertractanda Romanorum historia secutus sit, credamus necesse est. Qua enim cunque mira ratione et minorum historiae Romanae scriptorum, Flori, magis etiam Eutropii, tum quoque Suetonii, interdum Hieronymi, (aliorum), sive argumenta sive verba cum Livio coniungat, vel adeo immisceat ei, tamen ubique eius recognoscuntur vestigia, nec minus ubi deperditos esse Livii libros dolemus, quam ubi eorum copia frui nobis licet. — Nomen quidem auctoris non nisi ter [82]) prodit Orosius, ibidem vero fontem eum laudaturus. Praeterea haec habe documenta: locos e Livio descriptos ipsos; porro eandem, aliisque saepius contradicentem, per totum fere historiae Romanae cor-

---

82) III, 21. p. 197 (cf. infra). VI, 15. p. 415. „ut ait Livius", et VII, 2. p. 455.

pus consecutionem rerum apud utrumque, (etiam ubi ea nisi per epitomas librorum deperditorum intelligi non potest); [83]) tum ipsarum rerum consensum, et hunc auctoribus aliis nonnunquam adversantem; denique vestigia minora quidem, minime vero despicienda, consona verba, elocutiones similes, Livium sapientes, vitia adeo quae conscium insciumque commisisse Orosium demonstrari potest, et quae vix alio modo ac leviter obiterque tractato et lecto Livio, adeo inverso eo Orosius confecerit, quem quidem praecipue hic, in tanta rerum mole, eum invenimus qualem saepius iam in universum et in singulis proposuimus: cuius rei documenta infra.

Caeterum Livio hodieque superstite usum esse Orosium, maximam partem facile nobis persuadetur. Pro libris ab undecimo ad vicesimum usque deficientibus nobis quidem partim Plutarchus (in Pyrrho), partim vero, quem Livius ipse presso pede secutus est, Polybius suppetunt. Ubi vero plane desinit Livius, in Nostro iam a capite vicesimo primo libri quarti, difficilior redditur disquisitio, tamen documentis antegressis, porro epitomis fusioribus, et collatis scriptoribus aliis, ne pro certo habeamus Livii usum, vix quid obstat: decrescente vero epitome, augescentibus autem et ambitu et momento rebus, difficultates sane crescere videntur, at hic iam firmissimo nitimur fundamento. In locis praeterea, quos modo significavimus, hoc imprimis observatum est, qualis narratio Orosiana, qualis ea aliorum, quatenus congruat prae caeteris cum iis, qui verisimiliter aut eosdem atque Livius secuti essent fontes, aut eum ipsum novissent. Qualia praecipue in Plutarcho saepius, postea in Dione Cassio apparent. Semper tamen restant adhuc dubia nonnulla, difficultatesque vel maiores, vel minores, de quibus propter imparem Nostri excerpendi rationem, modo accuratiorem, modo minus accuratam, diiudicari nequit, quum maior minorve verisimilitudo nihil dirimat. Neque ubicunque certis-

83) Admonitum tamen velim lectorem, ne ubicunque epitomarum et librorum ordinem rerum eumdem censeat, quum per librum sparsa minoris momenti saepius in fine epitomes collecta exstent. Qualia verisimiliter etiam in epitomis deperditorum librorum occurrunt.

simum, quod huius vel illius auctoris [84]) factum hac vel illa Nostri reddatur notitia; denique cui deperditorum Livii librorum sive hoc sive illud debeat Orosius. Qua in re singula indicem tantum, nec vere exponam necesse est, quum in Livio praesertim ubivis uberior argumentorum expositio commentarios maximos, atque ipsum auctorem propemodum recusum expostularet. Equidem vero nusquam sine causa iusta aut sine accurata pensitatione rerum indicia protuli.

Sequantur igitur loci Orosiani historiam Romanam e Livio desumptam continentes, uti sese excipiunt per totum opus, adnotatis adnotandis.

Orosius historias Romanas libro secundo cap. 4. incipit, easque hoc et sequenti capite quinto, postea duodecimo et decimo tertio, denique decimo nono ab urbe condita ad urbem a Gallis captam ducit; quae singulorum factorum maximi in rebus externis momenti sibi esse viderentur e Livii quinque libris primis eruens, cuius res ordinemque rerum quam maxime observabat, verba rarius, Floro ei subiuncto, a quo verba interdum, rarius facta mutuabatur. Quod iam toto ex habitu horum quinque Orosii capitum elucet, quorum argumenta Livii libris exactissime respondent. Capita enim 4 et 5 Livii libros primum et secundum, capita 12 et 13 libros Livii tertium et quartum, caput Orosii 19 Livii librum quintum reddunt. Nec casu factum credam, ut ubi ad novum Livii librum ventum est, Orosius annorum numerum (sive temporis notitiam) praeposuerit. Nam sic in contextu Orosiano Livii libros secundum (p. 96.) et quartum (p. 122.) a primo et tertio divisos invenis. Neque omittendum puto, Orosium cum urbe a Gallis capta librum finiisse, quum et Livius inde quasi novum inceperit opus, quoniam „clariora deinceps certioraque ab secunda origine, velut ab stirpibus laetius feraciusque renatae urbis, gesta domi militiaeque“ [85]) exponerentur. Iam quod ad singula spectat horum Orosii capitum, haec fere observes:

II, 4. p. 92. „Romulus interfecto primum avo Numitore“. codd. ad unum omnes; sed sine dubio Amulio erat scribendum. Menda quin ex oscitanter lecto Livio I, 5. irrepserit, mihi vix dubium.

p. 92—93. Romulus „templum soceri sanguine dedicavit“? Num Orosius hic quoque negligentissime legens, Hersiliam Caeninensium regis putavit esse filiam, ut talia, Liv. I, 10. respiciens, composuerit?

---

84) Quatenus sc. alior. scriptor. narrationes in supplementum Livii deperditi arcessamus necesse est.

85) Liv. VI, 1.

p. 93. Romulus „Tit. Tatium — occidit". neque hoc accurate sec. Liv. I, 14. quod quidem ex causis quibusdam potest excusari.

p. 94. „Latinos Anco Martio duce saepe congressos, aliquando superatos", brevissima quidem, sed quae Livii (I, 32 et 33.) cognitionem indicant. Id. valet de eiusdem pag. verbis „Veientes Servio Tullio insistente victos fuisse, nec domitos" e Liv. I, 42. sumptis. qualia in Floro desiderantur.

II, 5. p. 96 init. ubi de coniuratione in favorem Tarquiniorum, aperte quidem verba habemus Flori, mox vero in his „totidemque uxoris suae fratres, Vitellios iuvenes" Livium ipsum II, 4.; neque minus verba sequentia (p. 96.) „Veientum Tarquiniensiumque bello" (Brutus cons. sc. procubuit) e Livio II, 6. transiere in Orosium, neque his neque illis in Floro occurrentibus. Ibid. etiam primum melioris, quam ap. Flor. rerum ordinis exemplum, quum Orosius, Livium secutus, bellis cum Porsenna rege mortem Bruti anteposuerit, a Floro (I, 10.), quasi finem regiorum bellorum, illis postpositam. — Eod. vero l. (p. 97.) similitudinem quandam vix abnuere poteris in Orosii verbis „aut servitutem recepto rege subiecti" cum his Livii II, 9. „receptis in urbem regibus vel cum servitute pacem acciperet".

Quae sequuntur p. 97. de bell. Sabin. et prim. dictat. e Liv. II (16) impr. 18. sumpta. Secessio plebis in mont. sacr. Liv. est II, 23 — 33. in brevius redactus, cuius cc. 30, impr. 31 in verb. illis Oros. p. 97. „cum M. (M'.) Valerio dictatore delectum — insedit armatus" reperire mihi visus sum.

p. 98. fames, pestilentia coss. Tit. Geganio et P. Minucio, e Liv. II, 34., minime vero accurate, quum fames quidem urbem urgeret, pestilentia autem Volscos, arma moventes, ab impetu coërcuisse dicitur.

p. 98 — 99. bell. Veiens Etrusc. Fab. et Manl. coss. e Liv. II, 44 — 47.

p. 99. Fabior. clades, e Liv. II, 48 — 50. At qui Orosius solus scribere potuerit, „uno tantum ad enunciandam cladem reservato", quum caesos ad unum omnes referant scriptores consona voce, me huius erroris fontem, ni oscitantiae Nostrum denuo arguere liceat, non invenisse candide profiteor.

II, 12. p. 118 — 120. pestis e Liv. III, 5. 6. 7. 2. — Capitolium capt. per exules servosque e Liv. III, 15 — 18. Aequor. (et Volscor.) bella e Liv. III, 25 — 29. (Flor. I, 11; 11 — 13.). Conceptio max. part. Orosiana. Vestigia Livii haec:

p. 129. de gravi pestil. coss. Aebut. et Servil. „ut merito praecedente prodigio coelum ardere visum est", ap. Liv. III, 5. „coelum visum est ardere plurimo igni".

ead. pag.	cf. Liv. III, 6.
„Nam eo anno Aebutium et Servilium, ambos coss. pestilentia consumsit, militares copias plurima ex	mortuus Aebutius erat Romanus cons. (collega ei. Serv. exigua in spe trahebat animam) affecti

parte confecit: multos nobiles, praecipueque plebem foeda tabe delevit:	plerique principum, patrum maior pars, militaris fere aetas omnis:
(Oros. l. l.)	Liv. III, 7. Haud minor Romae fit morbo strages — cons. qui unus supererat moritur: mortui et alii clari viri .. Et per ignota capita late evagata est vis morbi:
quamvis etiam superiore quarto anno aborta iam lues, eumdem populum depopulata sit.	sine dubio Liv. III, 2. respiciunt, ubi de Servilii consulis exercitu, in agro Latino castra metanti haec leguntur „intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit". qui sane morbus quatuor annis pestem illam antecessit.

p. 119. „cives exules, servique fugitivi, duce Herdonio, viro Sabino"... Liv. III, 15. „Exsules servique — duce Herdonio, Sabino"... At minime accuratus Noster, exsules illos servosque Capitolium incendisse, et Valerium cons., ut videtur, in defensione Capitolii cecidisse, scribens, quoniam e Livio Capitolium incensum non fuisse, Valeriumque in recuperatione eius obisse, constat. Relationem illam Aug. de civ. D. III, 17. ingessisse videatur.

p. 119—120. Minucius, obsessus ab Aequis, a Camillo liberatus. sec. Liv. III, 25—29. e Floro (I, 11; 11—13.)[86]) vero minus accurate „Minucium cons., congressum proelio, Aequi Volscique superarunt"; p. 120. sec. Liv. III, 28 rectius Aequi soli („iugum boum Aequis imposuit.").

II, 13. p. 120—123.: Decemviri. e Liv. III, 32. 33. 35—38. 44 sqq. 48. 50. 51. 53 et 54. impr. Liv. III, 36. reperies ap. Nostr. p. 121. (ubi de superbia Decemviror.) — p. 122.: terrae motus, siccitas, e Liv. IV, 21 et 30. — p. ead.—123. bell. c. Fidenatib. e Liv. IV, 31—34. — verba p. 123. „Aemilius, tertium dictator" clarissime Liv. IV, 32. indicant.

II, 19. p. 140—(143) 141. Veii capti. sec. Liv. V, 1—22. (1. 2. 7. 8. 12 sq.—22.) (Flori vestigia in verbis.) — Camillus exsul. sec. Liv. V, 32. — Urbs a Gallis capta. sec. Liv. V, 32. 33. 35. 36 sqq. 41. 48. 49 sqq. (e Floro verba et mendosum illud „Fabius — consul" p. 141.) [„Clusini" pro „Clusium" menda? — „quae nunc Tuscia dicitur" glossema.]

III, 3. p. 156. a Livio l. VI relata c. Eutropii verbis; in his vero unicum „Faliscorum", Eutropio deficiens, e Liv. V, 26 et 27., ut quasi

86) Scalig. animadv. ad Euseb. p. 100. falso haec Nostrum ab Eutropio (I, 15.) mutuatum esse scribit.

res a Camillo gestas quam brevissime conficeret, Orosius immiscuisse videtur.

III, 4 part. pr. p. 157. Gravis pestilentia L. Genucio et Q. Servil. coss. sec. Liv. VII, 1 et 2. — Concept. Orosiana.

III, 5. p. 158—159. Curtii facinus. sec. Liv. VII, 7. concept. Oros.

III, 6. p. 159—160. Bella Romanor. cum Gallis tria et c. Tuscis. Quamvis totius fere capitis verba, magis adeo res ab Eutropio mutuatus sit Noster, tamen et Livium (VII, 9—15. 17. 25 et 26.) perlustrasse videtur, quum verba illa Liviana (VII, 25.) ap. Oros. p. 160. „Galli se in praedam per maritima loca — diffuderunt" vix casu in Nostrum transierint; neque in rebus vestigia Livii (VII, 25 et 26.) in fine capitis negari possint.

Fortasse etiam mendosa illa „T. Quinctius dictator cruentissima congressione confecit" p. 160., quibuscum Orosius Eutropii „Galli fugati sunt" reddidit, e Livii negligenti sane lectione explicanda, quippe quum T. Quinctium mag. equitum, quem modo dictatorem creatum legerat Orosius, pro Servil. Ahala dictatore sumpsisset.

III, 7. p. 161. Foedus c. Carthaginiensib. ictum, et prodigia quaedam. — Concept. quidem Oros., tamen praeter omnem dubitationem e Liv. VII, 27 et 28., cuius vel verba ipsa in prodigiorum commemoratione agnosces.

Iam quod sequitur Orosii cap. 8. p. 162—164., excursum continens de mole sequentium nunc et se excipientium bellorum, sicut de pace Christo adventante generali, non dubium, quin auctor scripserit impulsus a Livio, cuius (VII, 29.) vestigia, adeo verba ipsa ineunte cap. p. 162—163. exstant. [Reliqua Orosii sunt; forsitan passim per Aug. III, 9. suppeditata.]

III, 9. p. 164—165. Bellum c. Latinis rebellantib. Minucia virgo Vestalis damnata. brevissime quidem, attamen e Liv. VIII, 3—12 init. et 15. Coss. Torq. et Dec. Mus, e Liv. VIII, 3. Manl. Torq. filium interfici iubet, e Liv. VIII, 7. Dec. Mus morti se vovet, e Liv. VIII, 9. — Romana iuventus Manlium detestatur, e Liv. VIII, 12 init. — Minucia damnata, e Liv. VIII, 15.

III, 10. p. 165—166. Veneficia matronar. Romanar. e Liv. VIII, 18. verbor. adeo vestigia. — At trecentas septuaginta damnatas esse scribit Noster, Livio l. l. non nisi CLXX exhibente: num e magno maximum hic fecerit Orosius? codd. consentire dicuntur.

III, 11. p. 166—167. Brevissima neque accuratissima de Alexandro Epirota notitia, quae e Livii (VIII) lectione confecta videtur.

Duo maxime offendunt ap. Nostrum: Alexandrum bellum contra Romanos parasse; dein: a Samnitibus, qui Lucanae genti suffragati essent, victum et occisum esse illum. Si vero Livium VIII, 3. 17 et 24. contuleris, qui haec scripserit Orosius, intelliges: ex illis enim coniici potest, Alexandrum bellum contra Romanos meditatum esse; alterum vero „a Samnitib." etc. eo exstitit, quod quae Liv. VIII, 17 et 24 de diversis temporibus narraverat, confudit Noster.

Fortasse etiam extremis cc. (Liv. VIII, 24. et Orosii hoc) in cognationis familiarum ap. utrumque commemoratione nexum quendam divinare nobis licet.

III, 15. p. 178—180. Furculae Caudinae (immixta priore Fabii de Samnitib. victoria sec. Liv. VIII, 30.) sec. Liv. IX, 1—6. — rupto foedere Papyrius Samnites vincit. sec. Liv. IX, 12—15. — Satricum a Papyr. capt. sec. Liv. IX, 16.; cuius de Papyr. iudicium paraphrasi Noster (ult. c.) reddidit.

Concept. Oros. interdum, nimiaque brevitas non ubique accuratissimam fecit narrationem; vide ex. gr. quomodo notissimam de Herennio historiam exprimat Noster.

III, 21. p. 196—197. Bellum contra Etruscos, Umbros, Samnites, Gallos, foedere iunctos, coss. Fab. Max. V et Dec. Mure IV. — subsequens pestilentia. sec. Liv. X, impr. 21. (24) 27—30. et brevem capitis 31 notitiam „annus — pestilentia gravis“.

p. 197. Livius primum fons laudatur ab Orosio. Quo mirabilius, quem in modum eo abusus sit Noster. Livius enim scripsit X, 29. „Caesa eo die hostium XXV millia, octo capta. Nec incruenta victoria fuit: nam ex P. Decii exercitu caesa septem millia; ex Fabii mille septingenti.“ quae Noster p. 196. in hunc reddidit modum „Eo praelio XL (L) millia Samnitium sive Gallorum caesa, Romanorum vero VII millia ex Decii tantummodo parte, qui occisus est, exstincta feruntur“.

Liv. X, 30. „Magna eius diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama est, etiam vero stanti. Sed superiecere quidam augendo fidem; qui in hostium exercitu XL millia trecentos triginta, equitum sex millia, mille carpentorum scripsere fuisse: sc. cum Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnae affuisse.“ Nost. p. 19$\frac{6}{7}$. „Fuisse autem absque Etruscis et Umbris, quos astu Romani bello avocaverunt, Gallor. et Samnitium peditum centum quadraginta milia trecenti et triginta, equitum vero quadraginta quatuor millia, Livius refert: et carpentarios mille in armis contra aciem stetisse Romanam.“!! [Fabric. quidem ad h. Oros. l. eosdem (?) fere numeros etiam in Livio legisse se testatur.]

III, 22. p. 197 — 200. — p. 197.: Romani a Samnitib. victi. sec. Liv. X, 35 et 36. (sive 33?) — p. 19$\frac{7}{8}$.: Papirii Cursor. de Samnit. victoria. sec. Liv. X, 38—42. Brevitate non ubique accuratissima, ubicunque autem excusanda, rerum narrationem partim suopte ingenio Noster confecit. Adnotanda numeror. differentia p. 198. „Nam in hoc praelio XII (XX) millia hostium caesa, III (IV) millia capta referuntur“, quum Liv. X, 42. habeat „Caesa illo die — millia triginta CCCXL: capta tria millia DCCCLXX.“ — p. 198.: pestilentia gravissima propterque eam Aesculapius ab Epidauro arcessitus, e Liv. X, 47 extr. p. et Liv. XI.

(De lapide (ara) Aesculapii Romam adportato, alibi atque apud Nostrum vix quid legisse memini.)

p. 199.: Fabii Gurg. res contra Samnites gestae. e deperd. Liv. XI, cuius verba epitomes (init.) ap. Nostr. p. 199. recognoscenda.[87]) Dein Nostri verbis „tandemque Samniticum bellum, quod per XL et IX annos multa Romanor. clade trahebatur, capti ducis destitutione (occisione?) finitum est", Livii quid inesse, ex eius l. X, 31. coniiciam, ubi consulum Q. Fabii et P. Decii annus, belli Samnitici sextus et quadragesimus nominatur, ut sane hic Fabii Gurg. quadragesimus nonus recte legatur. Neque praetermittenda differentia Orosii in hac re ab Eutropio II, 5., qui minime iusto eam commemoravit loco, quum pateat Nostrum c. Liv. suo finem bellorum Samniticorum in morte Pontii ducis posuisse.

Praeterea quaedam vix alibi invenienda e Liv. ap. Nostr. reservata censeas de Fabior., filii patrisque adversus Samnites rebus gestis, nec minus de numero caesorum.

Curii (Dent.) de Sabinis victoria. sec. Liv. XI. ultima hic Florum (I, 15; 3 impr.) vel fortasse per eum, Livium sapere videntur. [Samnites, ut videtur, rebellantib. Sabinis iunctos omisit Oros.]

p. 199 — 200.: Dolabella et Domitio coss. c. Lucanis, Bruttiis, Samnitib., Etruscis et Gallis bellum; clades Caecilii.

Vix mihi dubium, quin et in his, quamquam brevissime, tamen arctissime Orosius Livium XII secutus sit, quem conversionem praebuisse factorum, qualia in Polyb. II, 9. leguntur, ex expitome constat. Conferens vero res ad compendium, ut videtur, tempore quodammodo distantia (paulo post rebellantes Lucanos et alios cum Gallis), iunxisse putandus est Noster; qua in re maxime adiuvit eum loc. Augustini, cuius adeo verba (de civ. Dei III, 17. p. 88.) in periodis his ultimis prostant.

IV, 1 et 2. p. 214 — 219. Bellum cum (Tarentinis et) Pyrrho rege. Pyrrhi exitus. gravissima pestis. Sextilia virg. Vest. viva defossa.

Collatio scriptorum non parvam varietatem rerum notissimar., quae his vel illis maioris momenti factis subiunguntur, prodit. Nec qualem ap. quemvis alium invenias narrationem in Nostro habes, contra cuius verisimilitudinem quidem vix quid obiicere licet, sed cuius veritas potius rebus maioris et maximi ponderis demonstrari potest. Unde Livii ll. XII, XIII, XIV presso pede secutum esse Orosium credi potest. Habemus enim init. p. 214. vestigia adeo verbor. Livii (epit. XII), sicut in fine c. 2. p. 219., ubi de Sextil. virg. agitur, Livii XIV. Praeterea res in universum Livio respondent, singulis ab omnibus auctoribus fere aliis quodammodo discedentibus. Locum vero p. 216. „Nam quantus e diverso numerus" etc. si cum Floro et Eutropio, Livii vestigia itidem insistentibus, numerisque illis aeque carentibus,[88]) coniungis,

---

87) Qualia postea saepius, quae nusquam omittenda censui, quoniam epitomae etiam Livianis nonnunquam utuntur verbis, dictionibus.

88) Graeci enim scriptt. prodidere eos. cf. Plut. Pyrrh. 17.

et cum insequenti apud Nostrum narratione, quae a Romano imprimis civium suorum gloriam sectante, [89]) proferri debuit, et in his et fere in omnibus Livium secutum esse Nostrum libenter concedes; etiamsi vix diiudicari possit, num Orosius singula ab aliis discedentia singulis ubique recte subiunxerit.

Aperte Florum I, 18; 6 (vel fortasse Livium per illum) agnosces p. 215. „nam Tarentum utpote — terribilis", et ap. Nostr. ibid. „Itaque ap. Heracleam — (p. 216.) diffugerunt" Flor. I, 18; 7. 8 et 9. part. infer., in quibus ultimis iam diversum, et meliorem quidem Orosium, qui errorem a Floro hic commissum evitaverit, observes. [Duob. in loc., p. 215. ubi in Delphic. invehitur oraculum, et p. 218. (c. 2 init.) ubi de peste illa graviss., Augustinus III, 17. p. 88., fortasse idem et p. 214., ubi de proletariis, reperiendus.]

Alibi non obvia, quae e Livio a Nostro reservata censeas, nonnulla, cuiusdam vero momenti pauca:

1) minuscula quaedam init. c. 1. p. 214. de causa belli c. Tarentinis;
2) quodammodo de Pyrrho narratio p. 217.;
3) ibid. illud quasi prodigium, ex Orosii ingenio circumscriptum „interea Romanus exercitus — referatur";
4) caesor. et captivor. ac signor. ablator. sive amissor. numeri p. 216. 218. 219., quos hunc in modum nemo commemoravit, in quibus utique dubitare aliquid licet. (de pugna ad Ascul. cf. Eutrop. II, 8.);
5) p. 218 init. c. 2. pestis illa, quod attinet temporis per nomina consulum definitionem accuratam.

IV, 3. p. 220—221.: Belli Romanor. c. Tarentinis post Pyrrhi mortem, sec. Liv. XIV brevis relatio; in qua „Carthaginiensium auxilia" p. 220. l. 3. novi quid suppeditant, de quo vero propter capitis 5 (p. 222.) locum „Eo tempore Carthaginienses, dato adversum Romanos auxilio Tarentinis, cum a senatu per legatos arguerentur, turpissimam rupti foederis labem praesumto adcumulavere periurio" dubitari nequit; immo Sigonium pro vetere „Mamertinis" in Liviana (l. XIV.) epitome recte „Tarentinis" posuisse credendum est.

Animadversio in legionem „octavam" (Campanam) Rheginorum urbe potitam. sec. Liv. XV. (Polyb. I, 7.)

IV, 4. p. 221—222.: Prodigia plura al. vix invenienda, Livio certe non aliena. — Bellum Picenum Sempronio cons. confectum. sec. Liv. XV. [Si vis, minuscula quaedam propria singulis inesse videantur.]

IV, 5. p. 222—224.: Prodigia quaedam al. vix obvia, sed Livium prodentia. — Locus de Carthaginiens. auxil. Tarentinis dato: v. supra c. 3. — Bellum Volsiniense: uberius in singulis, at nil novi praebens. [fortasse verbor. similitudo quaedam enotanda cum Aurel. Vict. de vir. ill. 36., qui eundem ferme fontem cum Nostro excerpserit, et si minime

89) Cf. Oros. infr. p. 224.

accurate.) sec. Liv. XVI. — Pestilentia ingens; cuius praeter Aug. de civ. Dei III, 17. p. 8⅝. alius fere nusquam fecit mentionem. — p. 224.: Capparonia virg. Vestal. etc. e Liv. l. l.? cf. sub Euseb.-Hieron. ad h. l.

Bellum Volsiniense a Liv. XVI enarratum quum Orosius aequale fere faciat primis hoc capite memoratis rebus, ac praeterea tempore illa arctissime iuncta significet, haec sumpta esse credas ex hoc libro Livii, quem presso pede amplexum esse Nostrum etiam inde apparet, quod iam uterque ad Carthaginiensium origines transit; neque de aliis ac scriptoribus Romanis et Livio intelligi possunt, quae in fine capitis huius quinti Orosius de fontibus suis, qui laudandi magis quam mere referendi sibi proposuissent negotium, dixit.

IV, 8—11 pr. p. p. 232—243.: Bellum Punicum primum praeter omnem dubitationem sec. Liv. XVI—XIX. quatenus enim e deperditorum librorum epitomis coniici potest, quam arctissime vestigia illius premit Noster; in ordine rerum et singulis fere ubique cum Polybio, cuius max. part. pedissequum esse Livium constat, congruens, in pluribus autem discedentibus a Polybio vel cum Livio (epit.) vel cum eius epitomatoribus (Floro et Eutropio) consentiens, vel aliorum scriptorum Romanor. dictis adiutus. Singula vero ita se habent:

IV, 7. p. 232—234. p. 232.: Auxilium Mamertinis latum: bellum cum Hierone et Poenis. sec. Liv. XVI. [Initio cap. errorem perrarum in Nostro et hic fortasse librarii cuiusdam incuria factum, commisit Orosius in alterius consulis nomine „Q. Fabio“ pro „M'. Fulvio“.] — p. 233.: Hiero „ducentis (sic et in Eutrop. II, 10.) argenti talentis iussu consulum multatus“ ap. Polyb. I, 16. centum. — Expugnatio Agrigenti. sec. Liv. XVI.? (cf. Polyb. I, 17 — 19.) In enumeratione militum Annonis et elephantor. adductor. (in Nostr. 30, ap. Polyb. I, 19: 50.) et captor. vix al. reperienda habes. — Annibal senior (hic a nullo fere alio nominatus) Italiae oram vastat: classis celerrime exstructa. sec. Liv. XVI.? Verbor. similitudo adest c. Flor. II, 2; 7. (different. numeri navium apud Nostr., Polyb. I, 20. Flor.) — Corn. Asina cons. ad Liparam interceptus. sec. Liv. XVII. (cf. Flor. II, 2; 11. — Polyb. I, 21. nonnihil differt.) [ex edit. Nostri August. — cf. not. 16. ad h. c. — patet: Orosium verisimiliter eundem c. Polyb. l. l. navium numerum habuisse.] — p. 234.: Duilii de Annibale victoria (ad Mylas) sec. Liv. XVII. navium consulis numerus (30) al. non reperitur. at in damno Carthaginiensium fere omnino c. Eutrop. II, 10. facit Noster, Polybio I, 23. nil nisi 50 naves Poenos amisisse scribente. Scipionis de Annone in Sardinia victoria. sec. Liv. XVII. mirum in modum collatum ad compendium. [cf Val. Max. V, 1; 2. (Flor. II, 2; 15—16.) Polyb. haec omisit.] — Servor. et „navalium socior.“ in excidium urbis coniuratio. al. vix obvia. [90])

---

90) Haverc. not. 25. ad h. c. etiam ap. Zonaram exstare coniura-

IV, 8. p. 235—237.: Calatinus cons. prope Camarinam in insidias ductus, a Calpurnio liberatus. sec. Liv. XVII. (cf. et XXII, 60.). consonantiam adeo habes verbor. in epit. et ap. Nostr., sicuti verba in Flor. II, 2; 13. ea de re occurrentia. (Polyb. haec omisit.) — Annibal sen. victus, a suis lapidibus obrutus. sec. Liv. XVII. (in epit. autem „in crucem sublatus", sicuti quoque in Polyb. I, 24., qui quidem rem tempore priorem facit: quod explicare conatur Haverc. not. 6. ad h. Oros. c.) — p. 23⅚. „Atilius (Regulus) cons. Liparam Melitamque — pervagatus evertit". sec. Liv. XVII.? (neque e Polyb., neque aliunde talia petenda.) — Coss. bellum in Africam transferre iussi: pugna (ad Heracleam Minoam) navalis. Clupea in dedit. recepta: castella plurima vastata. Manlius cons. c. captivis spoliisque Romam reversus. sec. Liv. XVII vel XVIII. [Singula nusquam a Polyb. I, 25 — 29. dissentiunt. Verbor. quandam similitudinem habes c. Flor. II, 2; 19. et Eutrop. II, 11. quocum et eundem captivor. c. Manlio Romam missor. numerum Noster prodit.] — Regulus serpentem mirae magnitudinis occidit. sec. Liv. XVIII. (cf. Val. Max. I, 8. ext. 19. Gell. VI, 3. Plin. VIII, 14.) — p. 237.: Reguli res contra tres Carthaginiens. impp. feliciter gestae. sec. Liv. XVIII. [Inter Carthag. duces praeter Amilcarem duos Asdrubales fuisse scribit Noster. In Polyb. I, 30. Bostarus legitur pro altero Asdrubale. In damnis Carthag. fere c. Eutrop. II, 11. facit Orosius.]

IV, 9. p 238—241. p. 238.: Carthaginiens. propter durissimas conditiones pacem recusant, Xanthippum adsciscunt. Romanor. clades. Xanthippus revertitur. sec. Liv. XVIII. [Singula c. Polyb. I, 31—34 et 36. congruunt; in discedentib. ab illo, impr. per Eutrop. II, 11., fontem Nostri Romanum agnoscimus. Hispani et Galli, iam antea Carthaginiensium stipendiarii, ap. Orosium fere solum leguntur. Xanthippus „Lacedaemonior. rex" vitium apertum.] — p. 239.: Aem. Paulo et Fulv. Nobilior. coss. expeditio in Africam. classis remeantis naufragium. sec. Liv. XVIII. (cf. Polyb. I, 36 et 37. et Eutrop. II, 12.) [At coss. ad Clupeam castra metatos cum Annonibus conflixisse, ut singula quaedam de priore etiam pugna navali al. non reperias. (differ. num. navium.) Amilcar ad puniendas Numidiam Mauritaniamque missus, item al. non invenitur.] — p. 240.: Serv. Caepio et Sempron. Blaesus coss. in Africam transgressi; revertentium naufragium; decretum ut a mari abstineretur. sec. Liv. XVIII.? (cf. Polyb. I, 39. et Eutrop. II, 13.). — Cottae in Sicilia res gestae. sec. Liv. XVIII.? (cf. Polyb. I, 39. et fast. capitol. ad ann. 501.) [non accurate ut videtur.] — L. Caecil. Metello, C. Furio Pacilo coss. Caecil. Metelli contra Asdrub. ad Panormum res feliciter gestae. sec. Liv. XIX.? (cf. Polyb. I, 40.

---

tionis illius mentionem dicit; sed quam Noster hic ad a. u. 494 (259 a. Chr.) refert, eam Zonaras (ed. Wolfii. Tom. II. p. 77, 57.) belli Punici secundi tempore, non multo ante pugnam Cannensem gestam brevissime enarrat. Minime eaedem esse possunt.

et Eutrop. II, 13.) [ordo rer. c. Polyb. quidem congruit, at c. Liv. non congruisse videtur, sed equidem potius epitomen errare credam, quam Polybium et Nostrum, qui Reguli ad senatum missionem Caecilii victoriae postponunt, in cuius favorem fere omnia. [91]) — num. copiar. Asdrubalis Orosius solus reservasse videtur. de elephantis occis. et captis differunt paullisper auctores.] Passim verba consonantia c. Eutrop. ll. ll.

IV, 10. p. 241—243.: Reguli ad S. P. Q. R. legatio reversique interitus. [notissima quaeque] sec. Liv. XVIII.? [de supplicio Reguli verba habes Cic. in Pison. XIX. §. 43.] p. 24½.: Atil. Regulus II et Manl. Vulso II coss. Lilybaeum profecti, confligunt c. Annibale et vincuntur. sec. Liv. XIX.? [cf. Polyb. I, 41 sqq. singula fere consentiunt; at in pugna illa c. Annibale (Polyb. I, 45.) aut conversionem habemus e fonte Nostri, aut minus accuratum censeamus Orosium oportet. Res vero ad Lilybaeum per longum adhuc temporis spatium gestas esse, etiam ap. Nostr. e sequentib. patet.] — Claudius cons. ad Drepanum victus. sec. Liv. XIX. (cf. Polyb. I, 49 sqq. et Eutrop. II, 15.) [Claudium Lilybaeum confugisse, et caesor. et captor. numeros al. vix reperies. (de navium num. dissensus.)] — C. (L.) Iunii classis naufragio amissa. (cf. Polyb. I, 54 impr. Eutrop. II, 15.) — seq. anno Punica classis Italiae oras vastat. (Polyb. I, 56; 3.) — p. 24¾.: Lutat. cons. c. nova classe in Siciliam vectus, ad Aegates insulas Annonem vincit, ad Erycinam c. Carthaginiensib. feliciter confligit. (cf. Polyb. I, 59 sqq. Eutrop. II, 16.) Omnia sec. Liv. XIX. [Aliam sine dubio habemus narrationem atque in Polybio, sed ab Eutropio passim suppeditatam; quum altera ad Drepanum illi ad Aegates pugnae praeivisse videatur, cuius in Polybio mentio nulla. In numeris Noster fere facit c. Eutrop. Pugna vero ad Erycinam non nisi in Orosio legitur.]

IV, 11. p. 243—245. p. 24¼.: Carthaginienses pacem rogant, conditionib. praescriptis accipiunt. sec. Liv. XIX. (cf. Polyb. I, 62 et 63.) [In Nostro priorum et postea correctarum conditionum coniunctionem quandam habere videmur: tria mil. talent. argenti XX annis pendenda.] — p. 244.: Q. Lutatio, A. Manlio coss. maxima Tiberis inundatio, [quod attinet tempor. accuratam definition., hoc ab Oros. solo reservatum.] magnum urbis et in ea Vestae templi incendium. sec. Liv. XIX. [Quas res Aug. de civ. Dei III, 18. p. 90. hunc in modum commemoravit, ut Nostrum sua inde quodammodo finxisse opinemur.] — T. Sempron. Gracchо, P. Valer. Faltone coss. c. Faliscis belli brevissima relatio. sec. Liv. XIX. [Et contra Eutrop. II, 16 in fine, et contra fast. capitol. ad ann. 512, illis, neque Lutat. Cercone et A. Manl. coss. gestum hoc

---

91) Praeterea haec a viro ill. Zumptio in annalib., anno sequenti a Metello procons. gesta referuntur. At hoc e Polyb. I, 40 et 41. mihi quidem non ita certo resultare videatur. — Si cum Eutrop. et Orosio facimus, etiam Regulum anno prius Romam missum ponamus necesse est.

scribit Noster. Sed quae mox sequuntur c. 12. „Eodem anno Galli Cisalpini novi exstitere hostes" non leviter oscitanterque illa composuisse Orosium demonstare videntur.]

IV, 12. p. 245—(247)246. Valerius cons. c. Gallis Cisalp. bis confligit. [In singulis quaedam al. non reperienda.] — T. Manl. Torquato, C. Atil. Bulbo coss. Sardi rebellantes subacti; Poenis huius rei auctoribus indictum bellum, qui id legationib. deprecantur. [In singulis de legationib. quaedam al. non invenienda; sed tempore distantia vel adeo duo plane diversa hic coniuncta habere videmur. cf. Polyb. in fin. libri I et Eutrop. III, 1.] — p. 246.: Ianus clausus. (cf. Liv. I, 19. Eutrop. l. l.) Et in his Liv. XX. secutum esse Orosium opinor.

IV, 13. p. 248—251.: Amilcar in Hispania occisus. (cf. Polyb. II, 1. Liv. XXI, 2. et XXIV, 41.) Bellum c. Illyriis, Fulvio Posthumioque coss. sec. Liv. XX. [Oros. „legati — interfecti" minus accurate, quum Liv. et Polyb. II, 8. unum legator. tantum interfectum prodant; dissentiunt vero hac de re scriptt.] Hostiae humanae. sec. Liv. XX.? (cf. Plut. Marcell. 3. quaestion. Rom. 83. et Liv. XXII, 57.) [num virum Graecum omisit Orosius? cf. praeterea Grubitz. em. Oros. p. 28.] — p. 249.: L. Aemil. Papo, C. Atil. Regulo coss. Gallia Cisalp. deficit; Transalpinos Gallos (Gaesatos) adventare nunciatur: terror ingens. (cf. Polyb. II, 23. 22, 1.) Italiae totius vires contractae. (cf. Polyb. II, 24.) [Fabii historici laudati nomen sive e Liv. sive ex Eutrop. descriptum.] Proelium ap. Aretium: Atilio cons. c. tribus milib. interfectis, Romani fugiunt. [„ap. Aretium" — si locor. situm respicis et Polyb. II, 25. confers, optime videtur dictum; praeterea vero falsa plura, nec quae Orosio inscio omnia facta credas, insunt illis. Atilius enim in altera illa felici ad Pisas caesus est pugna (negligentiae factum?). octies centena autem milia Romanorum huic proelio et interfuisse et fugisse suo ex ingenio, conscius, falso scripsit Orosius. Minoris momenti, quod Noster tria milia cecidisse scribit, quum in Polyb. l. l. sex milia legantur.] — p. 250.: Altera felix c. Gallis pugna. (cf. Polyb. II, 31. Eutrop. III, 2.) Manl. Torquatus, Fulv. Flaccus coss. Padum transgressi Insubres subigunt. [sec. Polyb. II, 32 et 33. hoc a coss. anni sequentis gestum. novum igitur quoddam videtur in Nostro, cui propter incuriam Orosii hoc in capite manifestam vix fides. Caesor. et captivor. numeri non nisi in Nostro.] — Prodigia quaedam (cf. Plut. Marcell. 4.) — — p. 251.: Flaminius cons. Gallos vincit (cf. Plut. Marcell. 4.) [is c. collega primi Padum transeunt sec. Polyb. — num. caesor. et captor. in Nostro tantum.] — Claudius cons. Gaesatos vincit et Virdomarum eorum regem caedit, interque alia oppida Mediolanum capit. (cf. Polyb. II, 34. Eutrop. III, 2. Liv. XX.) Cornel. Minuciusque coss. Istros subigunt (Liv. Eutrop. ll. ll.) — Fab. Censorinus Fabium Buteonem filium, furti insimulatum, interfici iubet. [ap. Oros. solum.]

Haud dubie omnia illa, etiamsi leviter sane interdum agitasse videatur, e Livii libr. XX mutuatus est Orosius.

IV, 14—19. p. 252—269.: Bellum Punicum secundum.

[In quo maxime Livii vestigia, passim contrita cum Eutropii imprimis narrationibus.]

IV, 14. p. 252 et 253.: Annibal Saguntum delet. sec. Liv. XXI, 5. 6—15., legatos Romanor. non admittit. e Liv. XXI, 9. fidelissimus in hereditario iureque iurando confirmato (XXI, 1.) Romani nominis odio, alias infidelissimus (XXI, 4 in fine). P. Corn. Scip., T. Sempr. Longo coss. Pyrenaeos transgressus (Liv. XXI, 24.), per ferocissimas Gallor. gentes (XXI, 28.), nono *) die a Pyrenaeo ad Alpes venit (Liv. l. l. 35.?), Gallos obnitentes superat (l. l. 32 sqq.), invias **) rupes rescindit (l. l. 37.), quinto (?) demum die ad plana pervenit (l. l. 38.).

*) Quod vix credibile: sec. Liv. XXI, 15 et 38. quinto mense a Carthagine nova in Italiam perventum est. Iter a Carthagine n. ad Iberum et Pyrenaeos celeriter satis confectum (Liv. XXI, 22—24.), per Alpes quindecim diebus (l. l. 38.) exercitus ductus est; ideoque patet longe maius temporis spatium, quam novem tantum dies per Gallias iter consumsisse. At Liv. XXI, 35. „Nono die in iugum Alpium perventum est", h. e. ab eo inde die, quo ingressi sunt eas. Liquet Nostrum mendosa sua ex illis Livii verbis oscitanter finxisse.

**) Non dubito, quin sec. Liv. XXI, 37 et 38. haec in Nostro ita legenda et interpungenda sint „atque invias rupes igni ferroque rescindit quatriduum commoratus; quinto decimo die c. m. l. a. p. p."

Numer. copiar. Annibalis sec. Liv. XXI, 38. — p. 253.: Scipio cons. ad Ticinum superatus et vulneratus. sec. Liv. l. l. 39 sqq. — 45 et 46. [insunt verba quaedam Flori II, 6; 10.] — eod. cons. ad Trebiam clades. Sempron. alter cons. ibid. victus. Annibal sauciatus. [De his quam negligentissime Liv. XXI, 51—57. excerpsit Orosius. Fortasse ex illo equestri proelio prope Placentiam quo Annibal sauciatus est (Liv. XXI, 57.) alteram ad Trebiam fecit pugnam, quum una tantum duob. coss. pugnata sit; vel, quod etiam verisimilius, errorem commisit Noster, quod Eutropio III, 4. [92]) iuxta Livium usus est, quem quin legerit et secutus sit Orosius, ex omnib. aliis singulis dubitari nequit.] — Annibal in Apennino tempestate correptus: Liv. habes XXI, 58. — Alter Scipio Magonem (Annonem scribendum erat) in Hispania vincit et capit. sec. Liv. XXI, 60.

IV, 15. p. 254 et 255.: Prodigia nonnulla cum ipsis Livii XXII, 1. verbis. Annibal contra Flaminium cons. coortus, itinere impeditissimo oculum alterum amittit. e Liv. XXII, 2. (verba adeo ipsius.) [Arnum et Sarnum eundem putavit Noster, indeque Virgilii hemistichium male posuit.] — p. 255.: Flaminium ad bellum excitat sec. Liv. l. l. 3. — Pugna ad Trasimenum lacum sec. l. l. 4. 5. 6. 7 init. [At numerum caesor. Romanor. (XXV mil.) Noster ex Eutrop. III, 4. sumpsit, quum aptior ei videretur, neque ex iis, quae Liv. l. l. 7. dixit. pro MD, duo milia in Annibalis acie periisse scribere dubitavit. Praeterea ubicunque

92) Videas quae sub Eutrop. hac de re enotavimus.

verba etiam Liviana occurrunt, impr. e capite 5 de terrae motu inter pugnam.] — Brevis Fabii cunctatoris in fine cap. commemoratio, quod attinet ad res, Livii cognitionem indicat, quod ad conceptionem, ad instar Eutropii III, 4. (extr. p.) facta esse videtur.

IV, 16. p. 256—259.: (Clades Cannensis. ex Eutrop. III, 5.) Varro cons. c. L Venusiam evadit. sec. Liv. XXII, 49. (quoc. coniungas XXIII, 11.) [Sequentia verba „Nec dubium est — contendisset" et Flor. II, 6; 19. sapiunt, et notitiam Livii (impr. XXII, 51.) indicant.] (Tres modii annulor. Carthaginem missi ex Eutrop. III, 6. [Liv. XXIII, 12.]) — p. 25$\frac{6}{7}$.: Ultima desperatio, de relinquenda Italia quorundam consilium. sec. Liv XXII, 53. [non tamen accurate. „senatores" p. 256 lin. ult. falsissime. (num ex arbitrio?)] — Decimus Iunius dictator creatus: ultimae rer. reparandarum contentiones. [In Orosii verbis p. 257. „Romani ad spem vitae — ad sex milia viror. fuit", Livium habes (XXII, 57 et XXIII, 14.) mirum in modum coniunctum cum Floro (II, 6; 23. 24 (partim) et 25.) Verba ab hoc, ab illo verba ac res petitae.] — Campania (Italia) ad Annibalem deficiens. sec. Liv. (XXII, 61.) XXIII, 1. 2 sqq.—10. — L. Posthumius praetor infelix contra Gallos. sec. Liv. XXIII, 24 impr. [verba fere epitomes videntur.] — p. 258.: Sempr. Graccho, Q. Fab. Max. coss. — Liv. XXIII, 31; Claud. Marcellus ex praetore procons. designatus (l. l. 30 in fin.), Annibalem primus fundit (l. l. [16?] 44—46.]. [Alterum et maius ad Nolam contra Annibalem proelium significatur hic a Nostro; non optime quidem quod ad ordinem spectat rerum, quum hoc modo, fortasse in mente habens prius ad Nolam proelium (Liv. XXIII, 16.), posteriora prioribus anteposuerit Orosius] Scipionum in Hispania contra Asdrubalem res feliciter gestae. sec. Eutrop. III, 6, cui subiunctum esse Liv. XXIII, 26—29. maxime ex adiectis his „ad Italiam exercitum comparantem" elucet. — Celtiberi primi Romanor. mercenarii. e Liv. XXIV, 49 part. extr. Sempr. Gracchi proc. interitus. e Liv. XXV, 16. (fere congruens verbis epitomes.) — Centenius Penula c. exercitu ab Annibale caesus. e Liv. XXV, 19. (similitudo c. verb. epitomes.) — Cn. Fulvius praetor ab Annibale victus. e Liv. XXV, 21. (epitome epitomes Livianae videtur.)

[In excursu his annexo p. 25$\frac{8}{9}$. Orosius, quae Florus II, 6; 31 et 32. in gloriam Romanorum dixit, suo fere ex ingenio permutavit, iisque de bellis externis verba Eutropii III, 7. subiunxit.]

IV, 17. p. 259—262.: Syracusae a Marcello captae. e cognitione Liv. XXIV, 23 sq. impr. et XXV, 23 sqq. — (p. 259—260. „Decimo anno postquam — Annibal" verba sunt Eutropii III, 8 init.) — p. 26$\frac{0}{1}$.: Annibal ad portas: max. part. c. ipsis fere Livii XXVI, 7. 9. 10. 11. verbis (in quib. vero p. 260. „matronae quoque amentes — gestirent" ipse finxit Noster, vel unde sumpserit me non invenisse non diffiteor. [93])) — p. 262.: (Scipiones ab Asdrubale in Hispania interfecti.

93) Num fortasse Sil. Italic. XII, 593 sq. talia suppeditaverit??

verba sunt Eutropii III, 8.) — In Capuam animadversio. sec. Liv. XXVI, 4 sqq. 12—16. (praecipue c. verb. fere epitomes.) — Scipio (African.) adolescens se obfert. sec. Liv. XXVI, 18. — Aerarii penuria, Cl. Marcello et V. Laevino coss., sublevata. e Liv. XXVI, 35. 36. cum eius fere verbis ipsis.

IV„ 18. p. 263—267.: (Scipio, imper. proconsulare (Liv. XXVI, 18.) sortitus, in Hispaniam missus, Carthaginem nov. expugnat. ex Eutrop. III, 9.) [Ubi verba „ultionem — intendens" Flor. II, 6; 37. sapiunt. praeterea vero negligenter falsa haec „Pyrenaeum transgressus" adiecta sunt. (cf. Liv. XXVI, 19.)] — (Laevinus Agrigentum, alia oppida expugnat, Annonem capit. ex Eutrop. III, 8. in quib. fere omnia minime accurata, adeo falsa, si Livio (XXVI, 27 sqq. 40.) fides.) — p. 26¾.: Cn. Fulvius procons. ab Annibale caesus. Eutrop. III, 8. in fine e Liv. XXVII, 1. amplificatus. (in caesor. numero Nosterne diversos Livii numeros quodammodo coniunxit?) — Marcelli per triduum pugna c. Annibale (ad Canusium) sec. Liv. XXVII, 12—14. [Marcellus vero non cons., sed procons. confligit. Liv. l. l. 7.] — (Fabius Max. cons. Tarentum recipit. ex Eutrop. III, 9. differente paulisper captivor. numero. (Liv. XXVII, 15. 16.)) [Verba dein „Sequenti anno — occisus est", mihi vix dubium, quin spuria et plane reiicienda sint. Neque enim sex lineis unam eandemque rem bis profert Noster, priore loco in his „cum exercitu" sane falsum committens, postea accuratius „insidiis circumventos" dicens. Scriba quis ex Eutrop. III, 10 init. ea inseruisse mihi videtur, ubi haec habes „Insequenti anno .... in Italia ... Cl. Marcellus cons. ab Hannibale occisus est". Ne quid dicam de inverso rerum ordine, in quibus disponendis apertissime presso pede Livium sequitur Orosius. Quomodo emendanda esse verba Haverc. coniiciat, v. in not. 9. ad h. c. Sin autem ista vere Orosiana, tum magnum profecto incuriae documentum! cf. et Grubitz. emend. Oros. p. 29.] — Scipio in Hispania Asdrubalem vincit, castris exuit. sec. Liv. XXVII, 18 et 19. (de captivis venditis et dimissis adeo verba reperis Livii c. 19.) [de civitatib. captis immixtus Eutrop. III, 10 init., ni hunc locum aeque spurium esse vis, quum arctissime cohaerentia dirimat; tamen istum etiam postponendum existimet quispiam post verbum „Hispanos".] — Coss. ab Annibale insidiis circumventi, interfecti. sec. Liv. XXVII, 27 (et 33). [alter enim consulum, Crispinus, vulnere ibi accepto obiit.] — p. 26⅚.: Cl. Nerone, M. Liv. Salinatore coss. Asdrubal per Gallias in Italiam transgressus, ad Metaurum victus et occisus. Eius caput ad Annibalis castra proiectum. Annibal in Bruttios recedit. sec. Liv. XXVII, 36 .. 39 sqq. impr. 49 (cuius ipsa adsunt verba) et 51. — De velitib. inserta sunt sec. Liv. XXVI, 4. [quae quomodo sint legenda, optime Grubitz. em. Oros. ad h. l. demonstravit.] (Differentes quodammodo caesor. num. nullius sunt momenti.) [Nisi nimium eruisse videamur, in verbis „Sena, Piceni civitas" p. 265., Eutropium III, 10., in tota vero periodo illa vestigia habes fortasse Silii Ital. XV, 816.; postea p. 266. „caput

fratris — proiectum est" Flori (II, 6; 53.) est „proiectum fratris caput ad sua castra" . .] Quies inter Annibalem et Romanos. sec. Liv. XXVIII, 46 extr. Scip., Hispania subacta, Romam reversus, cons. creatus, transgressus in Africam, Annonem vincit et occidit. sec. Liv. XXVIII, (37.) 38. XXIX, 24. (et 25.) 34. [Accuratior Eutropio, tamen ex eo (III, 11.) falsa, primo hoc proelio XI milia Poenorum cecidisse, transscripsit Noster.] — Sempronius cons. ab Annibale victus, Romam refugit. sec. Liv. XXIX, 36. [ex parvo magnum. „Romam" falso. „in castra" scribendum fuit.] — p. 26$\frac{6}{7}$.: Scipio ad Uticam castra hostium incendit sec. Liv. XXX, 4. 5, igni ferroque magn. eorum partem delet sec. eund. l. l. 6. (cf. epit., cuius verba in Nostro occurrunt.) Asdrubal Carthaginem reversus, bellum una c. Syphace renovat. sec. Liv. XXX, 7. ambo vincuntur a Scip. sec. Liv. l. l. 8. Laelius et Massanissa persequuntur eos. sec. Liv. l. l. 9. Syphax captus, vinctusque ad Scip. ductus; Cirta in dedition. recepta. sec. Liv. l. l. 12. 13. Captivi per Laelium Romam missi. sec. Liv. l. l. 16. [in verbis „c. ingentib. spoliis" p. 267., Eutropii III, 11. „et infinitis spoliis" habes.]

IV, 19. p. 267—269.: Annibal revocatus Italiam [94]) relinquit, interfectis Italici generis militibus, secuturos se abnuentibus. sec. Liv. XXX, 19 et 20. — Africae propinquanti fatale omen. c. verb. fere Livii XXX, 25 extr. p. — p. 268.: „Carthaginem venit." colloquitur c. Scipione. sec. Liv. l. l. 29 et 30. [„Carthaginem" negligentissime; procul dubio Zamam. Nam mox Orosius sibi ipse contradicit ead. pag. „Postea (i. e. post pugnam ad Zamam) Carthaginem post XXXVI annos, quam inde parvus c. patre exierat, venit":] Infecta pace se recipiunt: pugna ad Zamam. sec. Liv. XXX, 31 extr. 32—35. [LXXX elephantos ibi captos vel occisos esse, hoc quidem non sine auctoritate quadam, at non accurate. cf. Liv. l. l. 33.] — Annibal c. „vix quatuor equitibus" Adrumetum fugit. inde Carthaginem reversus, solam in pace petenda spem esse edicit. sec. Liv. XXX, 35. (illis „vix quatuor equitib." ex Eutrop. III, 13. insertis.) — Cn. Corn. Lentulo, P. Ael. Paeto coss. pax Carthaginiensib. data. sec. Liv. XXX, 40 et 43 impr. (44.) — Scipio triumphans urbem ingressus, sequente Terentio comico pileato. sec. Liv. XXX, 45. (cf. 43.) [„Terentius, qui postea comicus" falsum, cuius originem e Nostri properantia, qui Livium contulerit, addubitare nequit. cf. et Haverc. ad h. l. — Praeterea vestigia verbor. Livii adsunt per totum caput.]

IV, 20. p. 269—276. p. 269—270.: Macedonicum bellum Flaminino cons. confectum. ex Eutrop. IV, 1. quoc. coniunxit Liv. XXXIV, 50 et 52. ab utroque res et verba mutuatus. — Insubres, Boii, Caenomani c. Amilcare a L. Furio praet. superati. sec. Liv. XXXI, 10 et

94) Oros. l. l. „flens reliquit Italiam". Baumgarten-Crusius in not. crit. ad edit. suam Eutropii scribit, ante Vineti primam edit. in fin. c. 11. (21.) lib. III. post „Italia" addita fuisse „quam flens dicitur reliquisse".

21. — **Flamininus procons.** (Liv. XXXII, 28.) Philippum regem sociosque eius (ad Cynosceph.) bello superat. e Liv. XXXIII, 4. (7 sqq.) 10. [Polyb., Val. Ant. et Claudius laudantur e Livio.] — p. 271.: Sempr. Tuditanus in Hisp. cit. oppressus. sec. Liv. XXXIII, 25 impr. — Marcell. cons. a Boiis oppressus (Liv. l. l. 36.), quos Furius, alt. cons., ad internecionem delet (Liv. l. l. 37.). — L. Val. Flacco, M. Porc. Catone coss. Antiochus in Europam transit. sec. Liv. l. l. (42—)44. Annibal Romae tradi iussus ad Antiochum pergit. sec. Liv. l. l. 47., quem in bellum impellit. sec. eund. l. l. 49. — Lex Oppia abrogata. e Liv. XXXIV, 1 et 8. c. ipsius verbis.

P. Scip. Afric. II, Tib. Sempr. Longo coss.	sec. Liv. XXXIV	43.
X milia Gallor. ad Mediolanum caesa,		46.
alt. proelio XI mil. Gallor., V mil. Romanor.		47.

[Verba fere plane consona ap. utrumque.] — p. 272.: P. (Sext.) Digitius praetor infelix in Hisp. cit. e Liv. XXXV, 1.

M. Fulv. praetor (Liv. XXXIV, 35.) Celtiberos superat etc. e Liv. XXXV, 7. extr.

Minucius a Ligurib. in extr. pericul. adductus, liberatus - - - 11.

Scip. Afr. c. aliis ad Antiochum missus etc. - - - 14. (sec. Claudium.) 17.

Flaminino Fulvioque praetorib. in Hisp. bella infer. [non exactissime.] - - - 22. part.

P. Corn. Scip., M'. Acilio Glabrione coss.	e Liv. XXXVI	2.
Antiochus superatur;		15—19.
Ephesum transmittit.		21.

Scip. cons. c. Boiis feliciter confligit. ex eod. l. l. 38. [Oros. hic caesor. num. modicum e Valerii immodico conformasse nobis videtur.]

p. 27$\frac{2}{3}$.: Antiochus victus ... sec. Liv. (XXXVI in fine et XXXVII, 1.?) XXXVII, 39—44. 45. 34 et 37. [Ubi negligentissime versatus est Noster in reb. et verbis: Scipionem Afric. bellum gessisse, inque eo c. Annibale navali proelio conflixisse dicens, omniaque male inungens.] — Aemil. procons. in Hisp. ult. infelix. sec. Liv. XXXVII, 46. [sive negligenter, sive ex arbitrio res augens, c. exercitu interiisse Aemilium scribit Noster.] — L. Baebius c. exercitu a Ligurib. occisus etc. e Liv. XXXVII, 57. [verba recognoscis ipsa]. — Fulvii (Cn. Manlii) cons. c. Gallograecis ad Olympum proelium. sec. Liv. XXXVIII, 12 sqq.—27 impr. 20—23. [Perlustrans tantum Livium suum, Fulvium, cuius c. Aetolis bellum (XXXVIII, 1—12.) narratur, pro altero cons., Cn. Manlio, posuit auctor. Num. caesor., Claudium secutus, maximum edidit.] — Marcius cons. a Ligurib. superatus. e Liv. XXXIX, 20. [neque hic accurate „nisi — refugisset in castra".]

p. 27$\frac{3}{4}$.: M. Cl. Marcello, Q. Fab. Labeone coss. Philippus rex veniam sibi conciliat*) per Demetrium filium, sec. Liv. XXXIX, 47 et 48. (34 et 35.?) quem post veneno necat sec. Liv. XL, 5—16 et 24.

*) Non propter legatos P. Romani interfectos, ut falso ap. Nostr.,

sed potius propter Maronitas, quib. libertatem restituendam senatus censuisset, trucidatos. cf. Liv. XXXIX, 34 et 35. neque accurate „eumdemque (Demetr. sc.) continuo — necavit".]

Scip. Afr. ad Liternum obit. e Liv. XXXIX, 52 (et XXXVIII, 56.).
Annibal veneno sibi mortem consciscit. ex eod. XXXIX, 51.
Philopoemen occisus - - - 49 et 50.
Ad Sicil. insula nova, mari edita - - - 56.[95])
Q. Fulv. praetor in Hisp. cit. vincit - - XL, 30—32.
Tib. Sempr. Gracchi in ult. } Hisp. res gestae. e Liv. XL, (47—) 50.
L. Posthumii in cit. } (impr. 49 et 50.) et ex (deperd.) initio Liv. l. XLI. (cf. et Polyb. fragm. XXVI. II. c. 4.) [At Posthumii provincia ult. erat Hisp. et Gracchi cit.; negligentia, ut videtur, transpositae, quum deinde „ibidem" (p. 274. lin. ult, referendum ad Hisp. cit. modo nominatam) Tib. Gracchum CC oppida expugnasse, Noster scribat.] — p. 275.: Lepido et Mucio coss. Basternae Istrum transeuntes pereunt. e part. deperd. Liv. XLI, 18. (22.) 19. (23.) (cf. Polyb. fragm. XXVI, 9.) — p. 27$\frac{5}{6}$.: P. Licin. Crasso, C. Cassio Longino coss. bell. Macedonicum alter. Init. sec. Liv. XLII, 29. et Eutrop. IV, 3. — Crassus a Perseo victus. sec. Liv. l. l. 58—60. — Sequent. pugna aequo Marte discessum. sec. eund. ibid. 65—67. — Perseus in Illyricum transgressus Sulcanum capit, praesidium Roman. occidit, vendit, secum abducit. sec. Liv. XLIII, 18 et 19 init. (sive 20 et 21.) [non accuratissime quidem. — Livio urbs „Uscana" est.] — Perseus (ad Pydnam) ab Aemilio victus, c. verb. Eutropii IV, 4. (cf. Liv. XLIV, impr. 42.); captus. sec. Liv. XLV, 6.; c. filiis per triumphum ductus. sec. Liv. XLV, (39? cf. Plut. Aemil. 33 et 34.) 40. [Eutrop. IV, 4.] in custodia ap. Albam deficit; fil. ei. min. natu faber Romae mortuus. sec. Liv. . . ? (cf. Plut. Aemil. 37. Vell. I, 11; l. Diodor. 31. ed. Wesseling. II, p. 516.)

IV, 21. p. 276—278.: Lic. Lucullo, A. Posthum. Albino coss. P. Scipio ultro in Hispaniam militaturum se praebet „cum tamen in Macedoniam sorte iam deputatus esset" (?) etc. [non tamen peraccurate in dictionib. (cf. Appian. VI, 49. 51 sqq. 53.)]

p. 277.: S. Galba praetor a Lusitanis victus (App. VI, 58.) — Scip. Nasica, quin theatrum exstruatur, prohibet.

p. 278.: S. Galba Lusitanos perfide obtruncat (App. VI, 59. 60.) [Haec omnia Noster e Liv. XLVIII. sumpsit, cuius ordinem rerum et per epitomen verborum vestigia (de Scipionib. Aemil. et Nasica) observes. — Ultima itidem in hoc Livii libro narrata fuisse ex epit. l. seq. „Quum L. Scribonius, trib. pl." etc. coniicere licet. „Cum tamen in Macedoniam s. i. d. e." in Nostro fere solo.]

---

95) Cf. Scal. animadv. in Euseb. p. 139. — Ne cui dubium inde de Nostri fonte existat. Scaliger enim Livium principem Nostri fontem in histor. Rom. nondum perspectum habuit.

IV, 22 et 23. pp. 279 et 280. 281—283.: Bellum Punicum tertium.

Quae prodit Orosius, ea haud dubie hausit ex Liv. XLIX, L, LI. Nam presso pede ordinem eius, quousque ex epitomis intelligere licet, sequitur; quod vero momenti maioris, omnibus in singulis totus fere c. Appiano VIII, 78—131. facit, quem his in reb., aeque ac Livium, Polybium fontem secutum esse constat. Praeterea Livium ipsum suspicari licet per consona cum epitomis interdum verba, sicut per consonos quoque nonnunquam Eutropium et Florum. Cf. enim cum Nostr. c. 22 init. p. 279. Eutropium IV, 5 init. (et epit. XLIX.), postea ead. pag. Florum II, 15; 10.; et c. 23. p. 281 sq. de uxore Asdrubalis etc. Florum II, 15; 17 et 18 (Eutrop. l. l. in fine). —

Capiti 22, p. 280 annexa brevis relatio cladis Iuventii praetoris in Macedonia. e Liv. L extr. [cf. Eutrop. IV, 6 (Flor. II, 14; 4.)]

Alibi vix inveniendam habes p. 280. Manilii cons. expugnationem urbis Tezagae, cum magnis numeris; fortasse etiam quaedam ignota in brevi descriptione situs Carthaginis p. 279—280.

V, 3. p. 289—291.: Bellum Achaicum: Corinthi eversio.

Argumento sane optimo, Livium LII. etiam in his Nostri fontem fuisse, praeter epitomen sunt laudati Claudius historicus et Valerius Antias cum Polybio, hoc modo nusquam non in Livii libris iuncti. — Nonnulla vix alibi invenienda reservata hic esse ab Orosio negari nequit; inter quae Diaeum a Metello adhuc praetore oppressum (Polybium scripsisse) omnibus fere aliis auctoribus repugnat. Sed de his atque aliis vix certi quid habes quam discordiam scriptorum.

De Corinthi eversione non nisi notissima, si eximas illa „Permissa crudeliter etiam captivis praedandi licentia" p. 290. (de quib. cf. Grubitz. em. Oros. p. 30.). Haec vero, sicuti et fabulam de aeris Corinthii origine notam (cf. et Flor. II, 16; in fine), sine dubio e Liv. l. l. Noster petiit.

V, 4. p. 291—296. p. 29½.: Initia belli c. Viriatho: C. Vetilius, C. Plautius et Cl. Unimanus victi. Lusitanor. fortitudinis documentum singulare. e Liv. LII. Si cum epit., impr. vero c. Floro II, 17; 15 et 16. (et Eutrop. IV, 7.) comparaveris, verborum similitudinem vix abnuendam habes, cuius originem non nisi e communi horum fonte, Livio sc., explicandam censeas; quo accedit singulare illud, a Nostro solo reservatum factum Lusitanor., e Claudio relatum, quem ubique per Livium tantum adscivit Orosius. — Non omittendum tamen Nostri: Vetilium evasisse, quum epit. Liv. captum eum, App. VI, 63. captum et interfectum esse scribant; vitium, ut mihi quidem videtur, incuria commissum.

p. 293.: App. Claudio, Q. Caec. Metello coss. Ap. Claud. Salassos vincit. iniussu senatus privatis sumtib. triumphat sec. Liv. LIII.

L. Caec. Metello, Q. Fab. Max. Serviliano coss. androgynus Romae natus, in mare mersus. gravissima pestilentia. verisimiliter e Liv. l. l. [More Nostri, ut videtur, auctum; Romam iis translatis, quae Lunae

a Iul. Obseq. c. 81. adscribuntur. Quaedam vero similitudo inter Nostri narrationem largiorem et Iulii Obs. notitiam intercedens, quum hunc sua e Livio hausisse constet, etiam Nostrum illam e Livio sumpsisse probabilius facit.] — p. 294.: Fabius cons. Bacciam a Viriatho obsessam liberat. oppida alia capit. in deditos crudelissime agit. (Val. Max. II, 7; 11. alii.) verisimiliter e Liv. LIII. [primum factum ap. alium non reperias.] — p. 295.: Pompei. cons. infeliciter c. Numantinis confligit. e Liv. LIV. (cf. Ap. VI, 78 impr.) Viriathus a suis interfectus. e Liv. l. l. [ubi consecutionem rer. c. epit. Livian. facientem, discedentem vero ab aliis (App. VI, 74 sq.) observes.]

Quae dein sequitur ead. pag. Asianar. rer. quarundam, Mithridatis, Demetrii et Diodoti brevis et corrupta vel confusa mentio, non dubium quin e Liv. LII et LV. fluxerit. [Grubitz. em. Oros. p. 30—31. pro „Demetrio" p. 295. l. 13. et legi al. in locc. et legendum esse „Demetrii" demonstravit. Equidem item ll. 17 et 18. ut pro „Alexandrum" „Alexandri" legatur, proponam, quum quae nunc falsa, hoc modo recta reddantur. Id. iam Scaliger animadv. Euseb. p. 146. suasit. Cf. praeterea App. Syriac. 67 et 68. Iustin. XXXVI, 1; 7. et Dübn. ad h. l. (XLI, 6; 1.) et not. 32. ad h. Oros. c. alios.]

p. 29$\frac{5}{6}$.: M. Aem. Lepido, C. Hostil. Mancino coss. infelix contra Numantinos bellum. Mancinus deditus neque receptus. (notissima quaeque) e Liv. ll. LV et LVI.

V, 5. p. 296—299. p. 296—298.: Addito excursu, suo (nec non Augustiniano) more propter iniustum contra Numantinos bellum, non illepide quidem invehitur in Romanos Orosius. Nec veri est dissimile, etiam ad haec eum a Livio impulsum esse[96]) quodammodo, quum et per Flor. II, 18; 3—6. et ex ipsis Nostri dictis tale quid suspicari nobis liceat. Praeterea in iis, quae de Varrone annectit, Livium habes (XXII, 41 sqq. impr. 61 in fin. c. et libri), indeque sumpta censeam, quae vix alibi (minime quidem in Appiano) invenienda, de senatu legatis Numantinorum dato, ex Nostro discas.

Brutus in ult. Hisp. Gallaecos caedit. sec. Liv. LVI. [singula ap. Nostr. fere solum.] — Lepidus procons. in cit. Hisp. infelix contra Vaccaeos. sec. Liv. l. l. (caesor. num. nusquam nisi in Nostro.) [Si epitomae fides, ordinem praeterea observes Livian.] In sequenti excursu vere Orosiano, de Romanor. „timoris amentia" Livianum quid per Flor. II, 18; 5. conspicias.

V, 6. p. 299—300.: Sext. Fulv. Flacco, Q. Calpurnio Pis. coss. prodigia, Aetnae eruptio. e Liv. LVI.? (cf. Iul. Obs. cc. 84. 85., qui quidem illa ad prioris anni coss. retulit.)

p. $\frac{299}{300}$.: Bellum servile in Sicilia. sec. Liv. LVI. (dictione sat Orosiana) [Messanam servos liberaliter habitos in pace continuisse, non nisi a Nostro narratur.]

---

96) Qualia supra iam vidimus; cf. ex. gr. quae ad III, 8. et IV, 16 in fin. adnotavimus.

V, 7. p. 300—303.: Concinna nec sane illepida de interitu Numantiae narratio, qualem, si totam respicis, et ap. Romanum scriptorem, et ap. Graecum frustra investiges. In reb. et singulis Livium (LVI) LVII et LIX init., in verbis saepius Florum habes. Initio enim capitis Florum agnoscis II, 18; 7 — ineunte pag. 301. eundem II, 18; 2 — et pag. ead. lin. 13. 14 eund. II, 18; 11 — dein p. 302. lin. 4. „Numantia autem — Durio" et „quamvis aliqui — fuisse" item Florum II, 18; 2. sapiunt. Tum de Numantinis dedere se volentibus et de ult. eor. eruptione Floro II, 18; 12 et 13. similia cernas, neque eundem non produnt II, 18; 15 et 17., quae in fine capitis p. 303. a Nostro proferuntur. At et haec et alia fere ubicunque uberiora, clariora ac melius disposita videntur in Nostro, ita ut Florum Livio subiunxisse tantum credam (nisi fortasse per illum hunc habere tibi videaris.) Singula vero, quibus interdum vix alibi dicta insunt quaedam, et ipsa et nexus rer. nusquam verisimilitudinem impugnant.

V, 8. p. 304 et 305. et V, 9. p. 306.: De seditione Tib. Gracchi notissima quaeque. sec. Liv. LVIII. [Tamen in quib. haec. al. vix obvia observes: p. 304 initio Orosiano quodammodo, Tiresi, Celtici principis responsionem; p. 305.: Pompeium, se Gracchum, cum primum magistratu abiisset, accusaturum spopondisse; p. 306.: loci significationem, Nostro propriam „per gradus super Calpurnium fornicem"..]

V, 9. p. 306—307: Motus servor. per provincias, a pluribus, denique a Rupilio in Sicilia ipsa exstincti. [Singula quidem Nostri per Diodor. XXXIV, 2. (ed. Wesseling. II. p. 525—529.), Iulium Obs. et Val. Max. probantur quodammodo; semper tamen propria quaedam in (reb.) numeris ac nominibus, al. non reperienda, restant.]

V, 10. p. 308—311. p. 308—310.: Bellum Romanor. c. Aristonico. sec. Liv. LIX. sed fere non nisi c. Eutropii IV, 9. verbis, quem paene totum habes insertum. Livium autem indicant „consul et pontifex max." init. c.; deinde evitata a Nostro Eutropii menda circa Mithridatem (cf. Haverc. ad h. l. not. 4.); tum quae postea p. 309. de Crassi morte prodit Noster, conferenda c. Flor. II, 20; 5. ubi Orosium illo accuratiorem credam. (v. et Val. Max. III, 2. (rom.) 12.)

p. 310.: Ptolemaei (Euergetae II) facinora. Antiochus a Phrahate, rege Parthor. oppressus. sec. Liv. l. l. (non accuratissime quidem. cf. Iustin. XXXVIII, 8 et 10.) — p. 310—311.: C. Sempr. Tuditano, M'. Aquil. coss. Scipio Afric. mortuus. certe sec. Liv. l. l. — M. Aem., L. Oreste coss. Aetnae incendium etc. (sec. Liv.?) [cf. similem at non eandem narrationem Iul. Obs. c. 89. et Aug. de civ. Dei III. c. ult. p. 102.]

V, 11. p. 311—315. (desunt pp. 313 et 314.): M. Plaut. Hypsaeo, M. Fulv. Flacco coss. ingens locustar. multitudo in Africa, indeque exorta pestis. [Num auctum quodammodo?] e Liv. LX. [cf. similia Iul. Obs. c. 90. et Aug. de civ. Dei l. modo l. — in singulis vero ap. Nostr. plura al. non invenienda.]

V, 12. p. 315—318. p. 315.: Colonia civium Rom. Carthaginem

ducta. praecedens prodigium. sec. Liv. LX. et ex Eutrop. IV, 9 fin. (—10 init.) [cf. sub Eutrop. et supra de chronol. Nostri §. 3.]

p. 315—318.: C. Gracchi seditio et interitus. [brevis, concinna, neque illepida narratio, nusquam verisimilitudini adversa, in singulis max. part. e notis fontib. defendenda, tamen in his ipsis eorumque coniunctione conversionem nonnunquam et nova quaedam suppeditans] sec. Liv. LX et LXI.

[Al. non reperienda insunt verbis „Ianium (?) ... irruit" p. 316.; dein p. 317. corpus C. Gracchi matri missum;[97]) item etiam notar. rer. conversiones in iis, quae de Fulv. Flacco et filiis ei. et de numeris caesor. referuntur.]

V, 13. p. 318.: Q. Metellus Baleares subigit. e Liv. LX. — Cn. Domitius Allobrogas vincit. e Liv. LXI. [num. caesor. et captiv. non al.] Aetnae incendium; cladis levandae causa Catanensib. vectigalia in X annos remissa. e Liv.? [Al. me haec legisse non memini.]

V, 14. p. 319 et 320.: (Q.) Fab. (Max.) cons. Bituitum, Arvernorum regem, ad Rhodanum vincit. sec. Liv. LXI. [singula paene omnia nusquam nisi ap. Nostr.] — Q. Marcius cons. Gallor. gentem (Stoenos) expugnat. sec. Liv. LXII. [singula ap. Nostr. tantum.]

V, 15. p. 321—326. p. 321—325.: Bellum Iugurthinum.[98]) sec. Liv. LXII, LXIV, LXV, LXVI, LXVII. [Initio res summatim tractat, ubi verba illa notissima Iugurthae de Roma venali, plane eadem sunt atque ap. Sall. 35. Cave autem inde hunc secutum esse Orosium credas, quum paulo post sequentia non solum discedentia multa, sed etiam nusquam alibi invenienda plura praebeant. Hisce annumeres primum quodammodo de Posthumio eiusque ad Calamam (Sall. 37. Suthul) proelio etc. narrata. Item discedunt, neque ap. omnes omnia exstant, quae de Metello et conditionib. ab eodem latis proferuntur p. 322. Tum differunt a Sall. 89—94., quae de Capsa leguntur; tamen verisimilitudini non repugnant. (cf. not. 14. ad h. c.) Vel maxime dein discedunt, quae de pugna Marii ad Cirtam et de sequenti ultimo proelio Noster diffusius prodit; si ea c. Sall. 97—99 et 101. contenderis. In quib. quidem inde Nostrum non accuratissimum coniiciam, quod p. 322. scribit „Postremo ad Cirtam" pugnatum; dein p. 324. tamen „Post hoc" etc. commemorat alter. etiam proelium. Sallustio enim ultimum ad Cirtam est, quum prius a Nostro ad Cirtam, ab illo alibi pugnatum dicitur. — In numeris autem copiar. et in singulis, ut dictum, plura a Nostro solo reservata sunt.]

---

97) Cf. not. 23. ad h. Nostri c. et Grubitz. em. Oros. p. 29. et not. 16. ad c. 2. dissertat. nostrae.

98) De quo, quoniam „propter opimam scriptorum luculentiam satis sufficiens ap. omnes notitia" esset, breviter res perstricturum se esse promittit quidem Orosius, neque si Livium, certe uberrimum, respicis multa profert; tamen, quod ad ipsius opus historicum spectat, plura etiam edit, quam de aliis rebus gestis aeque magnis.

Repetuntur deinde quaedam p. 325 et 326., quae temporib. belli Iugurthini et paulo ante acciderant: p. 325. prodigium, si vis, in Helvii equitis filia. p. 32$\frac{5}{6}$.: tres virg. Vest. corruptae etc. manifesto e Liv. LXIII. (cf. Iul. Obs. c. 97., similem, sed Nostro breviorem.) — C. Cassius cons. una c. L. Pisone legato a Tigurinis circumventus et interfectus; Popillius alter leg. obsides dat, propter quos postea die dicta in exilium abit. e Liv. LXV impr. — Caepio proc. Tolosam capit, praedam intervertit. e Liv. LXV sive LXVII.? [singula quaedam vix al. habeas.]

V, 16. p. 327—331.: C. Manlius cons. et Q. Caepio proc. a Cimbris, Teutonib., Tigurinis et Ambronibus ad Rhodanum victi. sec. Liv. LXVII. [quod etiam per Antiatem laudatum (sic quoque in epit. Livian. pro barbaro „sec. Arausionem", ut hodie, est legendum) confirmatur. — In singulis quaedam al. non reperienda de pugna. — Initium tribus Eutropii lineis V, 1. fere consonum. — Si vero Orosius M. Aurelium (Scaurum) consular. (legatum) in pugna illa cecidisse scribit, non c. Livio facere videtur.]

p. 328.: Q. Fab. Max. (Servilian.) filio interfecto, accusatus damnatur. [Ut ap. Oros. ap. nullum al.]

p. 32$\frac{8}{9}$: Marius ad Isaram (?) Rhodanumque a Teutonib. etc. oppugnatur; discedentib. iis castra movet. duo praelia ad Aquas Sextias. e Liv. LXVIII. [Et hic in conversionib., sicuti paucis alibi non inveniendis Nostri fontem proprium deprehendis. Sed male adiecit Orosius „Haec de Tigurinis et Ambronibus gesta sunt", quum fere ubique de Teutonibus et Ambron. haec gesta exstent. Vitium, ut mihi quidem videtur, per Eutropium V, 1. illapsum, quocum initium quodammodo commune, et hic plane eosdem caesor. et captor. numeros habet Orosius. Ille enim scribit l. l. „Interea Cimbri et Teutones, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam transierunt." Quae ubi legerat Noster, non dubitavit primum ponere „Haec de Tigur." etc. et tum pergere „Teutones autem et Cimbri, integris copiis" etc.]

p. 329—331.: Bellum Cimbricum Catuli et Marii (in campis Raudiis) sec. Liv. LXVIII. [Eadem atque antea observes. Latinorum Orosius fere copiosissimus, plura solus praebet. Cf. et Ioh. de Müller: bell. Cimbric. cc. 6 et 7.] — Public. Malleolus, matre occisa, in culeum insutus in mare proiectus. sec. Liv. l. l.

V, 17. p. 332—334.: Seditio auctorib. L. Appuleio Saturnino, Glaucia, Mario, al. — Metellus Numidic. exsul. Marius et Furius Catonis et Pompeii rogationi de Metelli reditu intercedunt. sec. Liv. LXIX. [In singulis iterum inversa plura, plura al. non invenienda. — Minime perspicuus primus ille Saturnini in Metell. N. impetus p. 332. — Porro p. 333. l. 3. „per P. Mettium — interfecit", postea lin. 6. „commotumque pleb. — sedavit"; quodammodo et „Saturninus infamib. ausis — adpellatus". „Marius manipulatim — communivit". item l. 14. „Saturn. palam — est". denique l. 17. „C. Glaucia — Geganio interfectus est" vix alibi reperias; aeque et nomina Catonis et Pompeii p. 334. —

Plura, ut dictum, ab aliis differunt.] Rutilius Rufus in exsilium Smyrnam commigrat. sec. Liv. LXX.

V, 18. p. 335—340.: Bellum sociale. prodigia.

Initio capitis verba habes Eutropii V, 2 init. — de prodigiis cf. similem et consonum Iul. Obs. c. 114. — Liv. Drusus trib. pl. interfectus. e Liv. LXXI.

p. 336. Italici populi deficiunt. Servil. praetor (procons.?) ap. Asculum occiditur.	} e Liv. LXXII.

[De hoc Nostri loco cf. Freinshem. ad Flor. III, 18; 9.]

Prodigium in animalib. domesticis (e Liv. LXXII.?) [cf. similia ap. Iul. Obs. c. 114 extr., et similiora ap. August. de civ. Dei III, 23. p. 95.]

Cn. Pompeius infelix contra Picentes. Samnites Pap. Mutilum, } sibi praeficiunt. Marsi archipiratam Agamemnonem }	}	e Liv. LXXII.?
Iulius Caesar infelix contra Samnites. Rutilius cons. insidiis circumventus a Marsis occiditur ad Tolenum fluv. p. 337.: Marius legatus victores opprimit. Caepio a Vestinis et Marsis trucidatus. L. Iul. Caesar ad Aeserniam victus, felix adversus Samnites et Lucanos: Romae saga deposita.	}	e Liv. LXXIII.

Marius Marsos vincit. Sulla *) magnam ad Aeserniam reportat victoriam. e Liv. LXXIII.? [*) App. b. c. I, 50?? v. infra.] Cn. Pompeius Picentes proelio fundit: senatus laticlavias etc. resumit. — Porcius Cato praet. Etruscos, Plotius legat. Umbros vincunt. — p. $33\frac{7}{8}$.: Cn. Pomp., Porc. Catone coss. Pompeius ad Asculum vincit etc. (cf. ex. gr. App. b. c. I, 47. 48 et 50.) e Liv. LXXIV. [ult.?] — p. 339.: Posthumius Albinus „tunc Sullae legatus“ *) a militibus occisus. Sulla „cons.“ **) magnam de Samnitib. et Iuventio (Cluentio?) victoriam reportat. Porcius Cato contra Marsos per Marii fil. cadit. — sec. Liv. LXXV.

[*) **) Haec si cf. c. App. b. c. I, 50 et 51. et c. epit. Liv. LXXV., sane falsa videntur. Quod etiam sequentia demonstrant de Catone consule, qui non c. Sulla cons. erat, sed (ut et anteà) c. Cn. Pompeio anno ante primum Sullae consulatum.]

C. (A.) Gabinius legat. in expugnat. castror. interfectus. Sulpicius legat. Pompeii, Marrucinos, Vestinos vastat; p. 340.: Pompaedium et Obsidium ad flumen Theanum opprimit. Pompeius Asculum ingressus, supplicium sumit de Asculanis, (egeno autem aerario non subvenit, quapropter loca publica in circuitu Capitolii auctione venduntur. Num alibi?) e Liv. LXXVI.

[In omnibus his de bello sociali narratis, in quavis fere periodo, et quod ad res ipsas, et quod ad earum consecutionem pertinet conversiones, discedentia a caeteris, vel nusquam alibi exstantia reperis. Sane Livium suum secutus est Orosius, ubi dolemus vero, quod non ubique accuratissime versatus esse videatur.]

Sothimus, Thracum rex, Macedoniam vastat, a Sentio praetore reellitur. e Liv. LXXVI.

V, 19. p. 341—346.: Primum bell. civile ortum, eodemque temore Mithridaticum (de cuius spatio agitur). Initio Eutrop. V, 3. ; per eum (et Liv. Flor. Aug.) suppeditata; cuius verba usque ad Mithridaticum" l. 12. p. 341. adhuc recognoscuntur. (v. supra §. 3. ad l.) Mario „septimum consulatum et" bellum Mithridaticum affectante, ulla c. quatuor legionib. Romam venit, Gratidium occidit, in urbem rumpit, faces poscit. — p. 342.: Marius frustra omnes excitare conatus, etit Capitolium: caedes: Sulpic. cons. proditus, interfectus . . . Marius .inturnis, in Africam traiicit, filium ab Utica arcessit, Romam redit, innae iungitur. sec. Liv. LXXVII.

p. 343.: Exercitus quadripartitus inter Marium, Carbonem, Sertoum et Cinnam. Cn. Pompeius advocatus, ad Octavium cons. se conrt, c. Sertorio confligit; quo in proelio frater occidit fratrem... p. 344.: .arius Ostiam diripit. sec. Liv. LXXIX.

Pompei. fulmine interit. (cf. Iul. Obs. c. 116.) exercitus eius et 'ctavii correptus pestilentia. (Numeri mortuor. ap. Nostr. solum) — e iv.? — p. 345.: Marius Antium, Ariciam devastat. Cinna et Marius rbem ingressi nobilissimos interficiunt. (Verba hic cernis Eutropii V,) Marius post crudelissima facinora septimum consulatum cum Cinna ertium consule [99]) occupat, moritur. e Liv. LXXX. Cinna fugitivos ıcommodos (8000!) in foro interfici curat. (cf. ex. gr. App. b. c. I, 4. Plut. Sertor. 5.) id. IV cons. ab exercitu interfectus. (App. b. c. 78. alii.) e Liv.? LXXXIII.

V, 20. p. 346 — 349.: Senatores ad Sullam in Graeciam fugiunt. raiectus ille in Italiam Norbanum cons. opprimit. (sec. Liv. LXXXIV LXXXV.) paraphrasis Eutropii V, 5. videtur. Fab Adrianus pro:aet., Africae imper. affectans, vivus ustus. sec. Liv. LXXXVI. — 34$\frac{7}{8}$.: Damasippus praet., partis Marianae, multos occidit nobiles. sec. iv. l. l.

Sullanorum contra Marianos felicitas: Q. Metelli contra Carrinam et Cn. Pompeii contra Carbonem. a Liv. LXXXVII.? Sullae cona Marium min. ad Sacriportum pugna. e Liv. LXXXVII.; (laudatur ıim ex illo Claudius, qui sane maximos ferme Nostro suppeditavet numeros.) Cn. Pompeius Carbonem castris et in persequendo eunem exercitu fere exuit. e Liv. l. l.? Metellus Norbanum (ad Faventam?) opprimit. e Liv. LXXXVIII. Lucullus obsidentem Quinctium ıd Fidentiam?) delet. e Liv. l. l. Sullae ad portam Collinam pugna. :c. Liv. l. l., ubi quidem Eutrop. V, 5 extr. agnoscitur.

V, 21. p. 349—352.: Sulla victor urbem intrat: tria mil. dedito-

---

99) Tunc neque init. belli Marius VII consulatum iniit. Prius igiır p. 341., si Orosii est, falso et oscitanter scripsisse eum arguamus. inna vero tum non tertium, sed secundum cons. factus est.

rum interfici iubet; ad IX mil. alior. occiduntur. Q. Catulus (al. Metellus) Sullam admonet; auctore L. Fursidio tabulae proscriptorum inductae. — p. 350.: primo LXXX proscribuntur etc. deinde D: Lollius (al. Q. Aurelius). neque ita finis caedium. Crudelissima M. Marii mors. Laetorius et Venuleius occisi. — p. 351.: M. Marii caput Praeneste missum; C. Marius a Lucretio obsessus c. Telesino mutua morte concurrit... Sulla Carrinatem iugulat. Praenestinor. sors infelix. Omnia, ut videtur, e Liv. LXXXVIII. Cn. Pompeius Carbonem et socios occidit. Sulla dictator. Pompeius in Africam transgressus Domitium, postea Hiertam, Numidiae regem, etc. victor interficit. e Liv. LXXXIX.

V, 22. p. 352 — 354.: P. Servil., App. Claud. coss. Sulla privatus. „Hoc fine conclusa — fere ducentos" Eutrop. est V, 6 extr. „Hunc finem habuerunt — fere ducentos"; illis vero inserta est periodus e cognitione Livii IX, (17—) 19.; [100]) caetera ex eiusdem l. LXXXIX sive XC addita videantur....

p. 354.: Lepidus, Sulla mortuo, bellum resuscitat contra Catulum; bis certatum. Alba expugnata, Scipio Lepidi f. occisus. — Brutus ap. R(h)egium (Lepidi) interfectus ... sec. Liv. XC.

[In singulis, in nominibus et numeris, in rebus et rerum consecutione, quae quantaque sit diversitas ap. scriptt. tam Graecos, quam Latinos de bello Mariano Sullano, mirum est. Sic ap. Nostr. quoque in quavis paene periodo vel conversiones, vel differentia, vel nusquam al. obvia habes; in quibus tamen observes, eum maxime c. Latinis, impr. c. Livio facere ubicunque.]

V, 23. p. 355 — 359.: Quatuor bella nova, quor. primum Sertorianum. [Eutropii VI, 1. paraphrasis quodammodo; cuius adhuc verba exstant usque ad Nostri „oppressus est" p. 355. lin. ult.; ubi vero iam verba „ex Africa dilapsus in Hispanias" de Sertorio largiorem indicant fontem, quem paulo post Noster secutus est.]

p. 355—356.: Manilius procons. Galliae ab Hirtuleio castris copiisque exutus Ilerdam fugit. [plura Orosio propria.] sec. Liv. XC. — Metellus praeliis fatigatus Pompeio consociatur. Is contracto ad Pallantiam exercitu, a Sertorio ad Lauronem vincitur, quam captam hic crudeliter depopulatur. [De numeris copiar. minus notus laudatur Galba, procul dubio descriptus. Verba „non pro consule, sed pro consulibus" Ciceronis sunt pro lege Manil. XXI. §. 62. Praeterea haec partim plane desunt omnib. aliis, partim ab iisdem differunt.] — Hirtuleius ad Italicam Baeticae urbem a Metello victus in Lusitaniam profugit. [singula ap. Oros. solum.] sec. Liv. XCI.

p. 357.: Pompeius Segidam capit. [non nisi ap. Nostrum. cf. Haverc. not. 13. ad h. l. — num Segeda Augurina an Segida? Plin. h. n. III, c. 1. S. 3; 10 et 14. — „Segienses"?? id. III, c. 3. S. 4, 24.]

Pompeius et Sertor. aequo Marte dimicant (ad Sucronem?). Plura

100) At non centena quinquagena milia capitum, sed ducena q. m. ibi censita referuntur.

insuper proelia. Memmius, Pompeii quaestor, occisus. Hirtuleii interfecti (ad Segoviam? Flor. III, 23; 6.). — Perperna „comminutus“ (victus?) — Haec sec. Liv., ut videtur, XCII.

Sertorius a suis necatus „decimo demum anno belli inchoati“.[101]) Perperna a Pompeio victus et exstinctus. Civitates receptae: Uxama per Pompeium, Calagurris per Afranium eversae. Percussores Sertorii praemium non petunt. — Haec e Liv. XCVI. [paucula etiam in his al. non invenienda.]

p. 35⅝.: Claudii et Scribonii adv. Thracas gentes bellum. [Eutropium reperimus VI, 2. cui immixta periodus de Scordiscis immanibus, verisimiliter e Liv. (XCI?) sumpta.] — Publ. Servilii in Cilicia etc. et Cosconii in Illyrico res gestae Eutropii VI, 3 et 4. verbis redduntur. [In his vero Servilii sane res, ap. Nostr. magis perspicuae quodammodo, uti alia quoque cognitionem melioris etiam fontis innuere videantur, quem equidem Livium XCIII. autumo.]

V, 24. p. 359 — (361) 363.: Bellum gladiatorum.

Notum belli exordium, p. 360.: Vesuvius occupatus, Clodius fugatus, per Cosentiam et Metapontum nova agmina collecta. Crixi et et Spartaci copiae; Oenomaus superiore bello occisus. [Ultima ap. Oros. sol., sicuti quoque quae sequuntur de ludo gladiatorio ironice quasi instituto.] ut videtur sec. Liv. XCV.

Consules adv. fugitivos missi: Gellius Crixum opprimit, Lentulus a Spartaco superatur. — Coss., collatis frustra copiis, vincuntur.[102]). — C. Cassius procons. a Spartaco oppressus. [interfectus ap. Oros. falsum videtur.] Bellum Crasso mandatum. sec. Liv. XCVI. — p. 361.: Is feliciter pugnat contra fugitivos: numeri. [omnib. fere desunt; an in App. b. c. I, 118.?] Priusquam Spartacum „ad caput Silari“ aggreditur, Gallos Germanosque auxiliatores eius caedit. Spartacus ipse c. exercitu oppressus; numeri exhibentur; reliquiae a plurib. contritae. sec. Liv. XCVII. [In pluribus differt auctor ab omnibus caeteris, quaedam solus suppeditat, maxime c. Livio facit, ut semper. — In excursu annexo nonnulla ad historiam pertinentia obiter adfert adhuc Noster, quae prius omissa, etiam hic uberiorem fontem demonstrant: Domitium, generum Cinnae nominat, Perpernae in Liguria meminit, ac fugitivorum plus centena milia caesa refert.]

VI, 2. p. 370ᵃ — 375.: Bellum Mithridaticum.

p. 370ᵃ et 371.: Belli init. usque ad Sullae tertium[103]) contra

101) Fere omnes alii bellum octo annorum faciunt. Liv. „octavo ducatus sui anno“ interfectum scribit Sertorium et Hispanias decimo belli anno receptas.

102) Non omittendum, ep. Liv. XCVI. in nominibus, indeque in reb. differre, Appianum contra b. c. I, 117. cum Nostro facere. Num vero Orosius Livium oscitanter legerit, an epitome negligentius confecta sit, vix diiudicandum hodie.

103) Orosius c. Eutropio de tribus contra Archelaum pugnis scri-

Archelaum proelium, Eutropii sunt V, 3 et 4.; quibus p. 370ª a verbis „Et factum est“ usque ad „hospitem cogerentur“ periodus inserta, quae aperte vestigia August. de civ. Dei III, 22. indicat. Praeterea illud p. 371. l. 1. „septemplici muro communitum“ de Piraeeo, ab aliis (Flor. III, 5; 10. Vell. II, 23; 3.) quodammodo firmatum, uberiorem iam Nostri fontem prodit. (Liv. LXXXI?) Eundem animadvertis in singulis de exercitus Archelai post ultimam pugnam interitu dictis, alibi hunc in modum non inveniendis. (sec. Liv. LXXXII.?)

p. 371—372.: Mithridates in vitam et bona principum Asianarum urbium crudeliter agit. [Smyrnaeor., Colophonior. et Sardor. nomina ap. Nostr. sol.] sec. Liv. l. modo l.

Mithridates per Archelaum „cum Sulla de pace pepigit“. [104]) Fimbria Flaccum consulem ad Nicomediam occidit, Mithridatis filium ad Miletopolim fugat, regem ipsum Pergamo pellit, ap. Pitanam obsidet, a Lucullo quidem non adiutus; Ilium delet, paulo post restitutum a Sulla; per quem ad Thyatira obsessus Fimbria se ipse interficit. sec. Liv. LXXXII et LXXXIII. [Omnia per hunc vel illum caeteror. scriptt. firmantur: non nisi ap. Nostr. exstant nomen urbis Miletopolis, et Ilium a Sulla mox restitutum.]

p. 373.: Mithridates c. Sertorio tractat. [partim consentit, partim discedit ab aliis.] — Marius et Eumachus P. Rutilium ap. Chalcedona fugant. [ab omnib. fere discrepat. fortasse App. b. Mithr. 71. quid tribuit. Cf. etiam not. Fabricii (38) ad h. Orosii l.] sec. Liv. XCIII.

Lucullus contra Mithrid. ad Cyzicum. — Fannius et Metrophanes a Mamerco victi, p. 374.: in Inarimos incidunt campos etc. [cf. Servium ad Virgil. Aeneid. IX, 716] Deiotarus praefectos Mithridatis vincit. sec. Liv. XCIV.

p. 37$\frac{4}{5}$.: Mithridates, fame et morbo amissis ad Cyzicum copiis, clam aufugit. — Lucullus Marium vincit etc. [omnib. aliis deest.] — Eundem postea navali proelio superat etc. [numeri navium differunt. cf. Plut. Lucull. 12.] — Apamea et Prusa captae. [ut videtur a legatis: App. b. M. 77.] Mithridates tempestate correptus, aegre Sinopen, postea Amisum pervenit. [in quib. nomen piratae illius, quo adiuvante aufugit rex, a Nostro solo servatum habes. de numero navium in tempestate amissar. discrepat Noster.] Praeterea haec e Liv. XCV. hausta.

VI, 3. p. 376—377.: Catilina incesti accusatus etc. [cf. Cic. contra Ant. et Catil. competitt., et Asconium ad h. ll.]. Lucullus Sinopen obsidet, incensamque a defensoribus ipse servat. [nomina defen-

---

bit, quum neque a Plut. in Sulla, neque in Appiani b. Mithrid. plus duae memorentur.

104) Non accurate, nec mihi dubium, quin Orosius oscitanter Livium legens, quum priores de pace actiones per Archelaum invenisset, iam tum pacem pactam credens, sua scripserit: at ut notum, post Fimbriae res feliciter gestas pax demum data est regi petenti.

sorum ap. quemvis alium desiderantur.] M. Lucull. Bessor. gentem domat. Haec verisimiliter e Liv. XCVII.

Metellus, praetor Siciliae, Pyrganionem archipiratam vincit, fugat. [cf. Cic. Verr. act. II. l. V. c. 35—38 impr., at ibi neque de Metelli victoria sermo, nec Pyrganionis nomen invenis.]

p. 377.: L. Lucullus ad Tigranocertam (Mithridatem? et) Tigranem vincit. Is diademate abiecto aufugit. [numeri caesor. diff. ap. scriptt.; Noster minimos prodit (fortasse de pugna ad Cabira relatos (Eutrop. VI, 7.) transtulit??) Mithridatem huic pugnae interfuisse ap. caeteros non legitur. cf. impr. Plut. Lucull. 26 sqq.] — Lucullus Nisibin expugnat. Haec e Liv. XCVIII. petita.

VI, 4. p. 377—380.: Bell. piraticum per Cn. Pompeium gestum sec. Liv. XCIX. — p. 378.: bell. Creticum Q. Metelli. sec. Liv. l. l. et C. [„per biennium" ap. Oros. sol., quum fere omnes auctores per triennium gestum referant bell.] Pompeius Mithridatem ad montem Dastracum [nomen hoc montis in Nostro solo] obsidet; proelium nocturnum [diff. num. caesor. Romanor. ap. Oros. et Eutrop., qui soli eor. meminere], p. 379.: fuga regis. — Nicopolis a Pompeio condita. Tigrani venia data. Orodes ter victus; p. 388.: pacem accipit. Artoces Iberor. rex in deditionem acceptus. sec. Liv. C et CI impr. [de Orode et Artoce cf. Nostro similem Eutrop. VI, 11.]

[At Pompeium tunc Ecbatana venisse, ut Orosius in fine capitis asserit, nusquam invenitur alibi, adeo repugnat optimis his de rebus scriptt. cf. Plut. Pomp. 39. App. b. Mithr. 106. Dion. Cass. XXXVII, 6 et 7. Vell. II, 40; 1. Flor. III, 5 extr. p.]

VI, 5. p. 380 — (381) 383.: Mithridatis exitus. e Liv. CII.

[Nostro proprium est init. „In Bosporo Mithridate Cerealia sacra celebrante" ... in reliquis c. Oros. maxime Dio Cass. (XXXVI, 33.) XXXVII, 11—13. consentit, eundemque cum illo fontem indicare videtur. App. b. Mithr. 108 sqq. longe discedit. Caeteri minoris sunt momenti.]

VI, 6. p. 383—385.: M. Tull. Cic. et C. Antonio coss. Pompeius p. 384.: Coelesyriam et Phoeniciam aggreditur, Ituraeos Arabesque domat, Petram capit. [quam cepisse illum in Oros. solo.] tum Iudaeos aggressus templum Hierosolymae expugnat. — p. 385.: [secut. rer. ead. atque in Dione Cass. XXXVII, 15 et 16. — Eutrop. VI, 10 et 11. in verbis similia quaedam, in num. caesor. parvam differentiam praebet. — Pompeium praemisisse Gabinium c. exercitu; postea aliquot Iudaeor. principes percussisse, prae aliis in Nostro. at cf. et Ioseph. antiq. XIV, 4; 3.] — Orientis bell. c. XXII regib. se gessisse Pompeium pro concione narrasse, al. non inveni. — Coniuratio Catilinaria.: „describente Sallustio satis omnib. nota", fere nominata tantum. — Motus Marcellor. proditus, in ipsos vindicatus. [ap. Oros. sol.?] Omnia hoc cap. contenta sec. Liv. CII et CIII. verisimiliter.

VI, 13. p. 412—413.: Crassi contra Parthos res gestae et interitus. Cassius Syriam ab ingruentib. Parthis liberat, servat.

[Initio capitis habes Eutropii VI, 15 initium. Eutrop. l. l. de Crasso „contra Parthos missus est“, ab Orosio mutatum in „provinciam in P. sortitus“; quibusc. ep. Liv. CV. facere videtur. Sed Syriam sortitum Crassum, ultro Parthis bellum intulisse, hoc potissimum Plut. Crass. 16., Dio Cass. XL, 12., al. indicant.

Quae sequuntur notissima fere quaeque praebent; singula et nexus rerum passim cum conversionibus, neque ubique accuratissima, ut videtur. Primum in Mesopotamiam impetum (Plut. Crass. 17. Dio Cass. XL, 12. 13) omisit Orosius. Quod attinet locum, quo Vagesem legatum exceperit Crassus, contra Graecos scriptt. c. Flor. III, 11; 4. facit Noster. — Negligentia factum esse videtur, quod Crassum fil. aeque ad Carras occisum scribit; item quod postea dicit de Crasso „frustra colloquium eius (Surenae sc.) petentem“. — Quae nusquam al. inveni, insunt iis, quae de Cassio annectit, eum Syriam intumescentem oppressisse et Antiochum cum copiis vicisse et interfecisse (?) Habitus autem totius capitis talis, qualem per Liv. CV. CVI. CVIII., leviter sane oscitanterque lectum, a Nostro institutum accipias.]

VI, 14. p. 414 in fine: Magnum incendium Romae. sec. Liv. (CVIII?) cf. Iul. Obs. c. 125. et Oros. VII, 2. p. 455., ubi Livius ipse laudatur de hoc incendio.

VI, 15. p. 415—422.: Bell. civ. inter Pompeium et Caesarem.

[Accurate collatis conferendis, de huius capitis argumento et fonte haec fere admonenda:

Fons Orosii sine omni dubio erat Livius, in libris CIX (p. 415.), CX (p. 416—417. l. 6. „duxit, amisit“), CXI (p. 417—420. ad fugam usque Pompeii in Asiam) et CXII. Nam eum Orosius ipse laudat (init. c. p. 415.) de cohortibus quinque, quibuscum orbem terrarum adortus esset Caesar; deinde ordinem rerum Livianum, quatenus ex epitome intelligere eum licet, quam accuratissime servat; denique si totam respicis narrationem, fere cum quovis hodie superstite scriptore non facit, quum singula max. part. ab omnibus, i. e. modo ab hoc, modo ab illo confirmantur, ita ut nullum eorum solum, neque una omnes Orosii fontes credere liceat.

In singulis vero haec observes:
ab initio capitis usque ad verba „exercitu veniret“, Eutropium recognoscis VI, 16. „Caesar enim — urbem redire“; postea eundem de pugna ad Pharsalum: in Nostro p. 420. „Fuerunt autem — ferre potuissent“, in Eutrop, l. l. „Pompeii acies habuit — barbaros ducerentur“. (cf. ad ultima etiam Flor. IV, 2; 44 sqq. quae et similia unus idemque fons (Liv.) omnib. suppeditasse videtur.)

p. 415.: legiones, ad quas Pompeius, Caesare adpropinquante missus est, ad Luceriam fuisse, Noster solus, alii ad Capuam scribunt: at hae non multum distabant.

inf. pag. ead. Quod auri argentique Caesar ex aerario protulerit, discrepat a Plin. h. n. XXXIII, 17 (§. 56.). (pag. 416. ad h. l. not. 7. ab Haverc. laudatum Budaeum de asse II. p. 318. non vidi.)

p. 416—417.: „At vero Dolabella — deducti sunt". res continent gestas, quae quamvis e (Caes.), Flori, (Lucani), Appiani et Dionis singulis notitiis brevibus, quodammodo possint concinnari, tamen in Nostro fere solo hunc in modum exstant, ac paucula quaedam al. non obvia suppeditant.

p. 417.: Minus accurate Coelium et Milonem ad Capuam occisos dicit Orosius, quum hic ad Cosam, ille ad Thurios interierit. [105])

ibid. de Bibuli morte: num conversio? an sec. Caes. b. c. III, 15—18. explicanda? Iam quae de oraculo Pythico, longe ante Christum natum obsoleto, annectit Orosius, a Lucano V, 120—236. impulsus fortasse est, ut ea scriberet, forsitan a Liv. ipso, in quo et affuisse rem ipsam et lectam fuisse a Nostro sane credibile...

p. 419.: In re cum Caesare gesta, Torquati nomen in Nostro fere solo exstat. singula ab aliis (Caesare et hunc ubicunque sequente Appiano) differunt quodammodo.

p. 420.: Pariter non nisi ap. Oros. numerus centurionum Pompeianor. in pugna Pharsalica caesor. — item de classe Pompeiana direpta et in ea de Pompeio Bithynico [106]) occiso, alibi me quid legere non memini.

p. 421.: De molitionib. tutor. Alexandriae nova quaedam, nec verisimilia efferre videtur Oros.

ibid. de incendio bibliothecae Alexandrinae cf. Senec. de tranquill. anim. 9., ubi in notitia e Liv. sumpta similitudinem cum Nostri dictis vix negare possis.

p. 422.: ultimum Caesaris ad Pharum certamen. Recedit Oros. ab Hirtio et Cass. Dione (caeteri enim breviores), secundum quos non Achillas, per Arsinoen iam interfectus, sed Ganymedes contra Caesarem stetit. Ibi etiam Pompeii percussores esse interfectos ap. Nostr. solum.

Differentias numeror. alias, ut p. 415. l. 15. tres, ubi a Caesare aliisque longe minores afferuntur numeri, p. 419. de longitudine fossae Caesarianae ad Dyrrhachium, inf. ead. pag. maxime discrepantes caesor. numeros, alia omisi.]

VI, 16. p. 423—425. — p. 423.: exitus belli Alexandrini. [al. non invenienda hic habes: numeros caesor., deditor. et navium deditar. postea ead. pag. [107]): Caesarem regis occisi loricam Alexandriam praemisisse....] praeterea in his etiam Liv. CXII. secutus est Orosius. Caesar Pharnacem vincit; Romae cons. creatur et dictator; e Liv. CXIII. — ap. Thapsum Iubam Scipionemque superat: [LX elephanti capti in

---

105) Falso etiam haec per Hieronymum e Caesare petisse Nostrum Scaliger asserit animadv. Euseb. p. 157.

106) Cf. autem ep. Liv. CXXIII., ubi multo post, et alia occasione A. Pompeius Bithynicus occisus legitur.

107) Etiam hic Scaliger l. l. p. 157. Orosium sua ex Eutropio per Hieronymum sumpsisse falso dicit.

Nostr. sol.] Cato Uticae, item Iuba et Petreius se ipsi (p. 424.:) interficiunt. [de loco hoc Nostri corrupto cf. not. 11. Haverc. ad h. c.] item Scipio. T. Torquatus occisus. Caesar al. caedi iubet [inter quos Petreii filii Noster solus meminit.]. e Liv. CXIV.

Quatuor agit triumphos Caesar; mox in Hispanias profectus „septimo decimo quam egressus ab urbe fuerat die, Saguntum pervenit“ [ultima non nisi ap. Oros. (cf. tamen App. b. c. II, 103.)] bella ibi varia. ultimum ad Mundam . . .

p. 425.: Pompeior. sors, maioris mors.[108]) Munda capta. e Liv. XCV.

VI, 17. p. 425 et 426 (428).: Caesaris interitus et brevis rerum usque ad ei. exsequias gestar. commemoratio (e Liv. CXVI.), in qua novi nil habes, nisi haec:

p. 426.: „Diu deliberatum est, utrum Capitolium cum auctoribus caedis oporteret incendi.“ [Quod quidem, si scriptor. his de reb. consensum respicis, valde addubitandum mihi videtur, quum sententia, ut prodit eam Orosius, vix alibi atque in senatu in templo Telluris habito ferri potuisset. Sed notum est, quam caute adeo Antonius ibi egerit, ita ut non sit credendum, quempiam tantam tamque acerbam tulisse sententiam. Nolo coniecturis indulgere, unde fortasse sibi finxerit Orosius hanc periodum]

VI, 18. p. 428—435. — p. 42$^{8}_{9}$.: Octavianus Romam venit [Liv. CXVII init.] [verba quodammodo Eutrop. VII, 1. sapiunt „Octavianus adolescens — potitus“.] [p. 429 — 430.: quae bella gesserit: Suetonii Octav. est c. 9.] — p. 430.: bellum Mutinense. e Liv. CXVIII et CXIX. [Quomodo de D. Bruto pag. c. lin. ult. dicta intelligenda sint, discas ex App. b. c. III, 73.] — p. 431 — 432.: Dolabella propter Trebonium interfectum hostis pronunciatus; D. Brutus a Sequanis, Basillus a servis occisi, Antonius Caesari reconciliatus etc. — proscriptiones etc. e Liv. CXIX et CXX.

[p. 431 — 432. scribit Oros. „Adiecti sunt postea ad numerum proscriptorum triginta equites Romani“. quod vix usquam al. invenies. praeterea his de reb. valde dissentiunt scriptores.]

p. 432.; Dolabella a Cassio ad mortem adactus. e Liv. CXXI. „Brutus et Cassius magnis exercitib. comparatis ap. Athenas convenerunt, totamque Graeciam depopulati sunt.“ [Qualia vix ap. ullum alium, qui de his reb. exstant auctores, reperies; minime accurata, immo falsa, num ea, quae Liv. CXXII. narraverit, debeant significare??] — Cassius contra Rhodios. e Liv. CXXII.? Bellum Philippense. e Liv. CXXIII et CXXIV. Bell. Perusinum. e Liv. CXXV (et CXXVI?). [fere tantum primam partem belli commemorat, inque ea falso ad Brundusium Caesarem a Fulvia insidiis etc. petitum scribit Orosius.]

p. 433.: Sext. Pompeii res usque ad Caesarianae classis naufragium

---

108) Cf. App. b. c. II, 105. ubi permutationem rer. a fratrib. gestar. habes. — numeri equitum diff. — simili ratione Hirtius res narrat. — cf. tamen etiam Cass. Dion. XLIII, 39.

ap. Scyllaceum. sec. Liv. (CXXIII?) CXXVII et CXXVIII. [animadvertenda haec: Oros. scribit Lepidum, Caesarem et Antonium c. Sext. Pompeio pepigisse, quum in al. et ep. Liv. non nisi Caesar et Antonius legantur. — Deinde ap. alios numerum navium (LX), quibuscum Mena primum ad Caesarem defecit, desideras. — Denique qui Orosio Statilius Taurus, is aliis Calvis. Sabinus est. In duobus vero Nostri praeliis navalib. praecipue Livium deprehendas.]

Ventidius Parthos superat. [verba habes Eutropii VII, 3. inde a „L. Ventidius Bassus — occiderat".] Antonius pacem facit c. Antiocho (Commageno). Ventidius (? aliis G. Sossius), Antigonum, Iudaeos debellantem, vincit. sec. Liv. CXXVIII. [Ventidius certe falsissime hic positus ab Orosio.]

Mena iterum iterumque transfuga. (Liv. CXXVIII sive CXXIX.??) [numeri navium aliis desunt; item tertio transfugisse Menam, quum ab Agrippa praelio circumventus esset. Praeterea in singulis de incendio et naufragio classis Caesarianae dissensus c. aliis.]

p. 434.: Agrippa inter Mylas et Liparas vincit. — Caesar ad Tauromininium victus, in Italiam aufugit, mox redit in Siciliam, Lepidum obvium habet [verba repetuntur Sueton. Aug. 16. „M. Lepidum superbientem — vindicantem"]. Agrippa Pompeium navali praelio devincit [discrepant numeri navium]. Lepidi res gestae, Lepidus privatus: [in rebus singulis conversiones, si quae sunt, rer. notissimar., praeterea in ultimis p. 43$\frac{4}{5}$. Suet. cognoscis l. modo l] p. 435.: Taurus Siciliam (? Africam? cf. Fabric. ad h. l. not. 40.) recipit. sec. Liv. CXXIX. Tumultus militum. XXX mil. servor. dominis restituta, VI mil. in crucem acta. [numeri paene omnibus aliis desunt.] Caesar ovans urbem ingressus, trib. potestatem in perpetuum accipit [quam quidem multo post demum accepisse videtur. cf. fast. Capitolin., Dion. Cass. LIII, 32. Zumptii ann. ad an. u. 731.] sec. Liv. l. l. et CXXXI?

VI, 19. p. 436 — 440.: Antonius contra Parthos. e Liv. CXXX. [„postquam Araxem transmisit" — num ascendens? „vix tandem Antiochiam c. paucis rediit". non contra verisimilitudinem, sed vix alibi reperiendum.] „Inde in Graeciam transiit, iussitque Pompeium" etc. [quod falsum, quum Antonius paulo post bell. Parthicum non veniret in Graeciam, nec Sext. Pompeium huc arcessere posset. cf. Plut. Ant. 50 sqq. App. b. c. V, 133 sqq. Dion. Cass. XLIX, 31 sqq. unde divinare licet, quemadmodum haec in Livio fuerint narrata, indeque sua sibi finxerit negligens Orosius.] Exitus S. Pompeii. Caesar Illyricum etc. subigit. Antonius Artabanem (aliis omnib. Artavasdes est) capit: eiusque thesauris potitus, [usque huc e Liv. CXXXI.] „elatus pecunia" Caesari bellum indicit etc. [quae partim verisimilia alibi non habes; partim vere Orosiana, quatenus historiae adversentur facillime intelligis.] „Cleopatram sibi ex Alexandria occurrere imperat" [tum??]

p. 437.: Antonius Actium proficiscitur. [non accurate.] [apophthegma de remigib. al. non inveni.] Caesar abit in Epirum. Agrippa naves Antonii onerarias capit, Methonam expugnat; postea Corcyram

[sec. Dion. Cass. L, 12. Octavianus hoc fecit?] etc. Antonius terra victus. — p. 43$\frac{7}{8}$.: Proelium navale. [differunt maxime numeri navium, copiar, caesor, vulnerator. aliaque singula, quib. insunt alibi vix obvia plura, ut p. 437. „Tertio post pugnam die", „Nam X pedum altitudine a mari aberant" (sc. Antonii naves), „Ab hora V usque in horam VII"... p. 438. „Illucescente iam die victoriam Caesar consummavit"] hucusque verisimiliter e Liv. CXXXII.

Antonius et Cleopatra liberos et gazae partem ad mare rubrum praemittendos censent. [quodammodo non nisi ap. Nostr. cf. Plut. Ant. 81. Dion. Cass. LI, 6] — p. 439.: Res in Aegypto gestae ad mortem usque Antonii et Cleopatrae. [ubi haec fere animadvertas: Corn. Gallus IV legiones Antonianas ap. Cyrenas suscipit; (insignita aliis desunt.) victoque Antonio, Paraetonium capit (invertitur ordo rer.) eundemque iterum ad Pharum vincit (quod omnib. prope auctoribus deest.). Antonius equestri proelio a Caesare victus (cf. Plut. Ant. 74. 76. et Dion. Cass. LI, 10.) (sive inversum ordinem rer., sive falsum, sive novi quid hic habemus.)] [„Kalendis Sextilib. prima luce" etc., quam temporis significationem al. non reperi. — De Psyllis observes similitudinem verbor. c. Suet. Oct. 17.] Octavianus Caesar Alexandria potitur etc. — p. 439—440.: iussu eius occisi Antonii fil. mai. et alii, „et Q. Ovinius, ob eam maxime notam" et q. s. [quae quidem al. me legere non memini. —] Caesar redit in Italiam... Haec fere sec. Liv. CXXXIII.

VI, 20. p. 440 (—443). Octavian. Caesar, suo quinto et L. (aliis S.) Apuleii consulatu, octavo Id. Ian., triplici triumpho urbem ingressus; Ianum claudit. verisimiliter adhuc sec. Liv. CXXXIII.

[Caetera hoc cap. contenta, quod ad data saltem historica spectat, tam mysticis Orosianis coniuncta et depravata sunt, ut vixdum in iis Livium fontem cernere vel ponere conemur: si fortasse eximas verba „hora circiter tertia" p. 442., qualia in Iul. Obs. c. 128. exstant, quo Nostrum quidem usum esse fere nusquam, sed ex eodem cum eo fonte (Livio) hausisse constat, quum reliqua e Suet. Oct. 95. potius, quam aliunde sumpta videantur. — „Octavo Id. Ian.": si Macrob. Saturn. I, 12. maior fides, mense Sextili hoc factum. Cur vero hanc temporis definitionem Noster prodiderit, mox videmus, quum ille dies idem atque Epiphanias sit! —

p. 441.: „Hoc die primum Augustus consalutatus est" quod biennio demum post factum, sec. Censorin., de die nat. c. 21. ed. Haverc. Lugd. Bat. 1767. 8. p. 114. (cf. et not. Lindenbrogii ibid.), XVI Kal. Februar. Cf. etiam Fabric. ad h. l. not. 16. et Scalig. animadv. Euseb. p. 166.: „quod falsum est: et hoc loco Eusebii deceptus est." —

p. 442. part. infer. Nusquam al. me reperire memini, Augustum, quum reb. in Sicilia compositis, urbem ovans intrasset (cf. VI, 18 in fin.) censuisse „omnia superiora populi Romani debita donanda, literarum etiam monumentis abolitis"; qualia in Nostro hic exstant.].

VI, 21. p. 444—447. [Partem duntaxat rerum in hoc Nostri cap.

relatarum ultimi amplectebantur Livii libri; neque caput ad eum referendum censuissem, quum ferme omnia quod attinet res, magis etiam quod attinet verba, aperte aliunde, e Floro et Suetonio, petita sint, nisi quaedam, sive conversa, sive al. non reperienda, minuscula adeo praeberet, quae forsitan Livii cognitionem atque usum iuxta alios indicent. Quae fere haec sunt: initium capitis, ni fortasse Orosio id concesseris; deinde in bello Augusti cum Cantabris et Asturibus primum p. 444. illud accuratius „tribus agminibus"; dein copiosior reddita, et per Dion. Cass. (LIII, 25.) firmata paragraphus Flori IV, 12; 49.; item p. 445. §§. 50 et 51 Flori inversae et auctae, ordine rer., ut videtur, in Nostro accuratiore; tum pag. ead. „Minio flumini imminentem"; denique Iani clausi post bellum Cantabricum primum (nam non nisi huius vere meminit Orosius) aptior quam in Floro notitia. Quae e Liv. CXXXV. translata credam; pariter propter alia quaedam minuscula adiecta, vel amplificata hoc in cap., eundem (libr. ult.) a Nostro fortasse perlustratum esse accipiam: de quib. sicuti quoque de reliquis hoc ad caput pertinentib. vid. sub Floro.]

§. 10. DE IVLIO OBSEQVENTE.

Significatum iam in paragrapho praecedenti, quatenus Iulii Obsequentis liber prodigiorum, quod ad Orosium spectat, in censum venire possit. Sunt enim tantummodo genuini Obsequentis fragmenta, quae a coss. L. Scipione et C. Laelio usque ad Q. Aelium Tuberonem et Paul. Fab. Max. coss. pertinentia (563 vel 564 — 742 vel 743 u. c.), non plena duo saecula amplectuntur. In his igitur evidentem locorum quorundam similitudinem utriusque, Obsequentis et Orosii observamus, hunc tamen in modum, ut adeo simillimis locis differentiae adhuc insint, quae minime Obsequentem Nostri fontem credere permittunt, sed potius utriusque unum eundemque indicant fontem, quem Livium fuisse prae caeteris statuendum, quum aliunde satis eluceat, Obsequentem si non ex illo solo, tamen praecipue saltem ex eo suam prodigiorum collectionem confecisse. Igitur ascitus est Iulius Obsequens non nisi tamquam documentum excerpti ubicunque vel ad partes vocati Livii per Nostrum, maiori in parte locorum similium Iulio locupletiorem adeo et fusiorem. Loci conferendi sunt:

Oros. V, 4. p. 293.: magna pestis Romae; in Obs. c. 81. Lunae: res eadem in Nostro aucta, ornata (?) — [ibid. p. $29\frac{5}{6}$. propter prodigia Mancinum adtinentia cf. uberiorem Obs. c. 83.]

V, 6. p. 299 init. c. prodigia plura; ap. Obs. cc. 84 et 85., in quo vero primum ad coss. anni modo praegressi relatum.

V, 10 in fin. p. 311.: Aetnae incendium etc. in Obs. c. 89. [et simillima et diversa.]

V, 11 init. p. ead. magna locustar. vis. in Obs. c. 90. [simillima, in Nostro longiora]

[Aetnae incendium ap. Oros. V, 13. p. 318. ab Obseq. omissum est.]

V, 15. p. 325.: Equitis Pompeii Helvii filia fulmine icta, in Obs. c 97. [fusiora in Nostro, praeterea simillima.]

Eadem animadvertuntur: V, 18. p. 335.: prodigia init. belli socialis; in Obs. c. 114. [loco varie corrupto.] ibid. p. 336., in Obs. c. eod. extr. [ubi Noster Augustinum aliis praetulit]

Praeterea cf. ad Oros. V, 19. p. 344. lin. 15. de morte Pompeii Obs. c. 116.; ad Orosium VI, 14. fin. de incendio Romae eundem c. 125.; denique ad VI, 20. p. 442. de prodigio, quum Octavianus, patre mortuo, primum Romam veniret, eundem, non ita quidem dilucidum, c. 128.]

§. 11. FLORVS.

Quamvis aeque atque aliorum nec Flori usquam meminerit Orosius, tamen apertissime ac saepissime ascivit eum, eoque usus est. Cuius rei documenta sane luculentissima plurimi exstant ab illo translati loci, sufficientes semper adhuc, etiamsi in parte eorum similitudinem inter Florum et Orosium intercedentem non tam ex illo ab hoc usurpato, quam e communi utriusque fonte explicare velimus. Tamen singulare quoddam apparet, quatenus fere Florus ad partes vocatus sit: scilicet nusquam ferme, ne simillimis quidem in locis, Floro solo utitur Noster, sed semper tantum iuxta fontem suum principem, Livium. Cuius rei causa haud dubie duabus in rebus posita est: primum in Flori forma, qua compensat res, nec modo n o n quae, quanta qualiaque voluisset Orosius, sed etiam ordine saepius mendoso vituperandoque collata, auctori nostro incommodo, praebuit; tum in ratione longe diversissima, ex qua Florus libros suos composuerit, et quae formam etiam operis suppeditans nusquam non elucet. Nam uti Orosius praesertim miserias mundi, calamitates temporum praeteritorum ubique eruere voluit, ita Florus in gloriam ubicunque Romanorum intendens, libros suos paene ipsos praeconia fecit nominis Romani. Qualia minime arridentia Orosio, potius rationem

qua uteretur isto scriptore, ei praescripserunt. Inde explicandum, si Orosius imprimis sola verba mutuatus est a Floro, si simillimis ipsis in locis singula plura adfert quam ille; eodemque autem tempore meliorem ubique servat ordinem rerum, et mendas Flori non solum hic, sed etiam alibi evitat.

Iam videamus singula:

Apud Nostrum II, 4. p. 93. in verbis „Caeninensium captum ac dirutum oppidum" primum Florum I, 1; 11. habemus. Mox in iis, quae de Tullo Hostilio, Horatior. et Curiatior. certamine, deque Metti Fufetii morte p. 94. in Orosio leguntur, circa verba ac res Flor. I, 2; 1 — 3. 6. 8. recognoscis; postea quae ead. pag. de Tarquinio Prisco, qualia neque in Livio, fere mutuatus est Orosius a Floro I, 5; 5. Eundem aeque sapiunt Orosii dicta de Tarquinio Superbo, ubi p. 95. Florum I, 7; 5. ad verbum prope habes. Neque alienum putem Florum I, 9; 2. ab iis, quae de consulum nomine Orosius capite ultimo commemorat.

Iterum verba Flori I, 9; 5. apertissima, ubi Orosius II, 5. p. 96. coniurationis revocandor. regum causa mentionem facit. Oros. II, 12. p. 119. e Floro I, 11; 11 — 13. contra Livium Volscos Aequis adiecit. (cf. sub Liv.) — II, 19. p. 140. de excidio Veiorum. „hyemare sub pellibus" et „clandestina obreptione" vestigia Flori I, 12; 8 et 9. indicare videntur. — p. 141.: Constat e Livio V, 36. eo, de quo hic sermo, tempore non consules, sed tribunos militares sex cons. potestate, inter quos tres Fabii, rei publicae praefuisse. Non dubium igitur, quin mendosum illud „Fabius consul" e Floro I, 13; 7. transierit in Nostrum; immo eo credibilius, quod ead. pag. 141. in his „universam reliquam iuventutem" sqq. Flori I, 13; 13. fere verba habemus.

Tum in Oros. III, 22. p. 199. si vis Florum I, 15; 3 impr. habes. (cf. sub Liv. ad h. l.)

Porro in Oros. IV, 1. p. 215. Flori verba I, 18; 6. invenis (de Pyrrhi regis in Italiam adventu), quae ead. pag. — p. 216. (de pugna ad Heracleam) Florum I, 18; 7. 8 fortasse et 9 part. poster. excipere videntur. — Tum IV, 7. p. 233. de classe initio belli Punici I celerrime facta, verba vides Flori II, 2; 7. — IV, 8. p. 235. verba Flori II, 2; 13. prostant de Calpurnii ad Camarinam re insigniter gesta. — ibid. p. 236. ubi de Clupea et castellis in Africa expugnatis agitur, verbor. exstat similitudo c. Flor. II, 2; 19. — item IV, 13. p. 253. de Scipione (postea Africano) verba quaedam Flori II, 6; 10. adsunt. — IV, 16. p. 256.: „Nec dubium est, ultimum illum diem" etc. Flor. II, 6; 19. sapiunt; cuius II, 6; 23 — 25. verba passim occurrunt ap. Nostr. ibid. p. 257. (cf. sub Livio. — L. l. p. 258 sq. Florum II, 6; 31 et 32. quasi mutatum habes.

Praeterea verba Flori cernas fortasse: ap. Oros. IV, 18. duob. in loc. p. 263 et 266., e Floro II, 6; 37 et 53.; ap. Oros. IV, 22. p. 279. e

Flor. II, 15; 10.; ap. Nostr. l. l. p. 281 et 282. e Flor. II, 15; 17 et 18.; ap. Nostr. V, 4. p. 29½. de Viriatho e Floro II, 17; 15 et 16.; ap. Nostr. V, 5. p. 298. per Flor. II, 18; 5. Livium agnoscere malis. Item habet init. capitis, ubi per Flor. II, 18; 3—6. Livium suspicer. — V, 7. p. 300—303. Florus II, 18; 7. 2. 11. 2. 12. 13. 15 et 17. varie Livio immixtus videtur. (cf. praeterea quae ad haec Nostri cc. sub Livio annotavimus.)

Maxime, initio tamen, ut videtur, Livio adhuc assumpto (cf. sub eod. vers. fin.) Floro utitur Orosius VI, 21. p. 444 sqq. Nam de bello Augusti cum Cantabris et Asturibus p. 44⅘. ubicunque Florus est IV, 12; 46—51 et 54—57. Dein p. 445. l. 25. pergit Orosius „Post hoc" (i. e. post X fere vel XI ann.) „Claudius Drusus, privignus Caesaris, Galliam Rhaetiamque sortitus" [109]) etc., ubi interposita periodo Orosiana, p. 446., Florus IV, 12; 3. et quae ap. hunc leguntur usque ad §. 22. in brevius redacta sunt; tum Flor. l. l. §§ 23 et 24 prim. part. Quae excipiuntur dein verbis Flori IV, 12; 5., cuius de gentib. Alpinis dicta, a Nostro in gentes Germanicas transferuntur. Tum de Musolanis et Gaetulis a Cosso coercitis relatum Flor. IV, 12; 40. esse videtur. [110])

Iam quae adhuc de hoc Nostri capite admonenda videantur, hic annectam:

p. 446.: Legati Indor. et Scythar. Augustum ap. Tarraconem inveniunt. Tale ap. Nostrum solum, adumbratum sane ex eius ingenio, nec pro certo firmoque accipiendum, quippe cuius veritatem potius valde addubitemus. Nam „Cantabrico bello" paulo post inquit Orosius „per V annos acto — Caesar Romam rediit". — „Per quinque annos acto" — iam si Dionem LIII, 25 et 29. LIV, 5 et 11. respicimus, in universum probemus. At Augustus non post bella finita, sed post primum eor. annum (729 vel 730 u. c. [111])) iam rediit; quo anno Tarracone [112]) propter valetudinem moratus est. — Florus IV, 12; 62. et Suet. Oct. 21. eiusdem legationis meminerunt, sec. quos quidem tempus definiri nequit. E Dione LIV, 9. autem colligere licet, a. u. 734, quum in Samo moraretur Augustus, ante bella quidem Cantabrica finita, sed versus finem eorum, excepisse eum Indorum legatos. Si igitur Augustum usque ad id tempus in Hispaniis versatum adserit Noster, etiam usque Tarraconem legatos illos ducere potuit! Patet Oro-

109) A. u. 739, 15 ante Chr.

110) Factum sec. Dion. Cass. LV, 28. ad an. fere 759 u. (sec. aer. Varr.) sive ad 6 post Chr. referendum.

111) Coss. enim ad an. initio capitis commemoratum, rectos laudat Orosius; at non eo iam anno in Hispaniam profectus Augustus, nec quo est profectus, eo etiam bellum iniit.

112) Iniit tunc consul. IX, sicut et VIII ibi inierat

sium scientem quid hic contra veritatem ingessisse; nec difficile intellectu, cur fecerit.[113])

Et quae quantaque hoc in capite confusio temporum et rerum! ante finita (735 u. c.) contra Cantabros Asturesque bella, Drusi cum Germanis et Cossi cum Gaetulis (759?) longe posteriora certamina!

Pergit dein Oros. p. 447. „Quib. etiam diebus multa per se multaque per duces et legatos bella gessit.“ Mox divinamus, ad tempora bellor. Drusi memorator. haec esse referenda. „Nam inter caeteros et Piso adversum Vindelicos missus est. Quibus subactis, victor ad Caesarem Lugdunum venit.“ Haec fere ubique alibi desiderantur. At coss. Druso Libone et Calp. Pisone 739 u. c. (cf. Zumpt. annal. et Dion. Cass. LIV, 21.), quum Drusus et Tiberius cum Rhaetiis Vindeliciisque dimicarent (Dio l. l. 22.), Augustus in Gallia, fortasse etiam Lugduni commoratus est. Ac nescio, an tunc et Piso cons. res illas gesserit, ne alia, minus verisimilia, coniiciam.

Tiberius Pannonios rebellantes coercet. „Idemque continuo Germanos bello arripuit; e quib. XL millia captivor. victor abduxit. Quod re vera bellum maximum“ etc. „Suetonius adtestatur.“... Patet duo diversa hic a Nostro confusa referri. Sed qui haec sibi finxerit, videte. Suetonius recte laudatur: sunt enim verba ei. in Tib. 16., verum non de bello illo Germanico intelligenda, sed potius de rebellione Pannoniorum. Scripserat autem Eutrop. VII, 5. „...sicut per Tiberium privign. alterum Pannonicum (sc. Augustus administravit bellum). Quo (?) bello XL millia captivor. ex Germania transtulit et supra ripam Rheni in Gallia collocavit.“ Minime verisimile; saue duo plane diversa esse e Suet. Tib. 9. vides, ubi eiusdem in bello Germanico rei gestae fit mentio. At in quo bellor. Germanicor., vix diiudicandum. Bellum autem Pannonicum annis u. c. 759 sqq. adscribendum.

Quinctil. Vari clades. Flor. IV, 12; 30 sqq. et Suet. Oct. 23, praeter dubium Nostro noti, sed quor. vestigia minus hic aperta.

„Bosporanos vero Agrippa superavit, et signis Romanis, quae illi

113) Hic Nostri locus in Iohannis episc. Gerundensis paralipom. Hispan. l. X. (ap. Schott. Hisp. ill. Tom. I. p. 119. lin. 50 sqq.) hunc in modum laudatur „Post devictos Cantabros, Vaccaeos, Astures et Illiturgos, quod bellum annis quatuor expeditum est, cum Augustus Caesar Tarraconem concessisset, iterum ac secundo, id est a. u. c. quarto Iani portas claudi iussisset, orbisque quievisset a bellis, illa gloria Augusto Caesari Tarraconam allata est de Orientis populis, quae quondam Alexandro Macedoni de Occidentalibus Babylonem est allata“. — Quae, quamvis iis „Secundum testimonium est P. Orosii presb. Tarraconensis viri clarissimi et in historia summi in ei. Hormesta lib. 6. qui sic ait..“ praemittantur, vix tamen verba ab exemplari historiarum Nostri vere descripta arbitrer, quum minime textui capitis congruant.

quondam sub Mithridate sustulerant, bello recuperatis, victus ad deditionem coegit." cf. Dion. Cass. LIV, 24. — Noster non al. reperienda de re minoris fere momenti narrat, eamque reddit maiorem quam fuisse videtur. Sed haecce referenda sunt ad an. u. 740 — quum iam usque ad a. u. 762 ventum esset!

Denique Parthor. meminit Orosius, se ultro quasi subiicientium, conceptione quidem sua, praeterea autem Florum IV, 12; 61 et 63. et Sueton. Oct. 21. ante oculos habuisse videtur, impr. quod attinet illa „ultro signa — remiserunt" et quod ad obsides pertinet datos (a Nostro.solo regios nominatos.) Sed haec ad an. u. 734 spectant!!

§. 12. EVTROPIVS.

Si quis scriptorum, quos ad manus habuit Orosius, et quibus revera usus est, sive totus, sive maximam saltem partem exempli instar ei prodesse potuit, is erat solus Eutropius. Hunc igitur initio quidem rarius, postea autem iterum iterumque ascitum invenimus, ita ut Orosium in componendis historiis Romanis quasi laborantem observare fere possimus. Nam si Florum, quem ineunte historià Romana adhibere voluisse videtur, propter indolem nimis obversantem, mox postposuerit, Eutropium contra eo magis arcessivit, eumque in adumbrandis rebus gestis modo unicum prope secutus est, secundum quem Livium perstrinxit, excerpsit, vel adeo descripsit. Ita factum est, ut non solum fusius proponeret res Orosius, verum etiam singula quaedam, non arctiore quidem nexu cum suppeditatis ab Eutropio iuncta, interdum insereret, ut locuples Livius Eutropium breviorem saepius etiam exsuperaret. At illo desinente, in libro Nostri ultimo inde ab undecimo capite usque ad tricesimum primum, Eutropium, si non unicum, tamen iuxta Eusebium, principem agnoscimus fontem, sicut hic illum bis offendimus laudatum, [114]) primo quidem in loco tamquam si mendosam tantum eius notitiam corrigere voluisset Orosius, altero tamen ut fontem. Etenim scriptoris tam celebris, quo tantopere usus est, ut fere describeret eum, nomen more solito omittere vix conatus videtur. Quae omnia apparent, si vestigia Eutropii in Livio adhibito, deinde ea quae ex Eutropio sumpsit Noster, et quem in modum ea augescant

114) VII, 11. p. 484. et VII, 19. p. 511.

ac denique praevaleant, per locos ex Orosio et Eutropio sibi invicem contrapositos, observamus.

Primum Eutropius nobis occurrit in Nostro III, 3 part. poster. p. 156., ubi quae de rebus externis Livius libro VI retulit, Camilli de Volscis, Aequis, Sutrinis, atque Cincinnati de Praenestinis triumphi cum ipsis fere Eutropii II, 1. verbis exstant. [115])

Mox III, 6. p. 159—160. Orosius totum paene Eutropii libri II caput secundum et tertii partem priorem reddidit, ubi tamen Livium ll. ll. immiscuit.

IV, 8. p. 236. de Clupea recepta Noster c. Eutrop. II, 11. in verbis consentire videtur.

IV, 9. passim consona c. Eutrop. II, 11—13. verba, ita quidem ut Orosium illum secutum esse non credas.

IV, 13. p. 249. cf. Eutrop. III, 2. vid. sub Livio.

IV, 14. p. 253.: ut iam sub Livio ad h. l. vidimus, falso duar. ibi meminit pugnarum ad Trebiam, primam Scipione cons., alteram Sempronio cons. amissam; pariter causam erroris Nostri Eutropium III, 4. designavimus, quamquam hic ipse minime commisisse errorem argui potest. Scribit autem l. l. „P. Corn. Scipio Hannibali primus occurrit: commisso proelio (ad Ticinum sc.) fugatis suis, ipse vulneratus in castra rediit. Sempronius Gracchus (quem antea e Sicilia appulsum scripserat) et ipse confligit apud Trebiam amnem“ etc. Unde duas finxit Orosius ad Trebiam pugnas, quum priorem ab Eutropio memoratam item ad Trebiam pugnatam, atque aliam quam illam apud Ticinum opinaretur. Quae praeterea eo iuvantur, quod etiam in verbis hic Eutropium recognoscimus.

[IV, 15. p. 255. Periodum ultimam fortasse per Eutrop. III, 4 in fin. sibi composuit Orosius.]

IV, 16. p. 256.: de pugna Cannensi totum fere Eutropii libri III caput habes quintum. — ibid. tres modii annulorum Carthag. missi: ex Eutrop. III, 6. — ibid. p. 258.: Scipiones contra Asdrubalem in Hisp. profecti ex eod. ibid. — l. l. p. 259.: de bellis Romanor. uno eodemque tempore gestis, verba sunt Eutropii III, 7.

IV, 17. p. 260 et 262.: duob. in locis repetuntur verba Eutropii III, 8. (cf. sub Liv.)

IV, 18. p. 263.: Scipionis Afric. mai. in Hisp., Laevini in Sicilia res gestae ex Eutrop. III, 9 et 8. c. verb. ei. et vitiis (cf. sub Liv.). Cn. Fulv. ab Annibale caesus. sec. Eutrop. III, 8. extr. (v. s. Liv.) — ibid. p. 264.: Tarentum a Fab. Max. receptum ex Eutrop. III, 9. [ibid. spuria quaedam, ut videtur, exstant, ex Eutrop. III, 10. inserta.] — item p. 265.: dictio „Sena Piceni civitas“ ex eod. ibid. — et p. 266.:

115) Eutrop. haec sane a. u. 365 adscribit; minime vero idem vel quis alius numerus in Orosio exstat, ut Scaliger animadv. Euseb. p. 123. dicit.

ex Eutrop. III, 11. numerus caesor. in proelio Scipionis contra Annonem, et p. 267.: verba de spoliis. (de quib. omnib. cf. s. Liv.)

IV, 20. p. 269.: belli Macedonici I brevis commemoratio sec. Eutrop. IV, 1. — ibid. p. 275.: ineunte bello Macedonico altero, sociorum utriusque partis nomina ex Eutrop. IV, 3. — p. 276.: de pugna ad Pydnam, verba sunt Eutropii IV, 4. (cf. s. Liv.)

IV, 22 init. p. 279 et 281. in historicor. exitu, similia c. Eutrop. IV, 5 init. et extr.

V, 10. p. 308—310.: bell. Aristonici. totus fere Eutropius IV, 9. est. (cf. s. Liv.)

V, 12. p. 315.: Carthago restituta. verba sunt Eutropii eiusque definitio tempor. (cf. sub chronol.)

V, 16. p. 327 init. similia c. Eutrop. V, 1 init., quoc. dein et caesor. et captor. consentit numerus. ex eod. forsitan et mendosum illud de Tigurinis et Ambronibus p. 329. (cf. sub Liv.)

V, 18. p. 335. similia Eutrop. V, 2 init.

V, 19. p. 341. similia initio Eutropii V, 3.

V, 20. p. 346. } paraphrasis } Eutrop. V, 5.
ibid. p. 34$\frac{8}{9}$. } fere ipse }

V, 22. p. 352. congruit Eutropio V, 6 extr.

V, 23. p. 355. Eutropius V, 1. est.

VI, 1. p. 369*. (cf. de chronol. not. ad V, 19.)

VI, 2. p. 370* et 371.: init. belli Mithridatici usque ad tertiam contra Archelaum pugnam, fere ad verbum est Eutrop. V, 3 et 4. (cf. sub Liv.)

VI, 7. p. 385. annus et coss. ex Eutrop. VI, 14.

VI, 13. p. 412. annus [116]) et principium capitis ex Eutrop. VI, 15.

VI, 15. p. 415 init. capitis simile principio Eutrop. VI, 16.

VI, 16. p. 424.: de bello Hispanico et VI, 17.: de morte Caesaris — similia, vestigia, verba quasi excerpta exstare videntur Eutrop. VI, 19 et 20.

VI, 18.: verba initii Eutropium VII, 1. sapiunt. ibid. p. 433. exstat Eutrop. VII, 3. super Ventidii victoria de Parthis et Pacoro.

VI, 21. p. 447.: quousque hic Eutrop. VII, 5. in censum veniat, vid. ad h. Orosii caput sub Floro extr.

VII, 9. p. 482.: de morte Vespasiani, Eutrop. est VII, 13 extr.

Ab undecimo iam capite, praeter Eusebium-Hieronymum, ut diximus, Eutropius (VIII—X) fere solus Nostri fons. Breviter igitur haec percensere sufficiet, praesertim quum iam sub Euseb.-Hieronymo saepius huc pertinentia meminerimus.

VII, 11. max. part. verba Eutropii VIII, 1.

VII, 12. init. loci ex Eutrop. VIII, 2. (2 et 3 ex rec. distinct.), tum in fine: de morte Traiani, ex Eutrop. VIII, 3 (5 ex rec. distinct.);

---

116) De annor. numeris ab Eutropio translatis aliis, atque quos hic indiximus, cf. sub chronol.

ubi vero propter verba „ut quidam ferunt“ magis Eusebium ante oculos habitum a Nostro accepi. (cf. not. ad h. l. sub Euseb.-Hieron.)

[VII, 13 et 14.: ex Eusebio quidem sumpta; tamen Eutropium iuxta lectum fuisse sane verisimillimum.]

VII, 15. de Antonino Vero et Aurel. Commodo magis etiam Eutrop. est VIII, 5 et 6., cuius verba capitis prioris imprimis p. 492. agnoscenda. — tum p. 49¾. de lue et bello Germanico Eutropius iteratus est VIII, 6.

VII, 16.: de Commodo: totum fere Eutropii libri VIII cap. 7 videtur. — ibid. de Pertinace quamvis Eutropius lectus, propter illi deficiens „iurisperiti“ p. 497., Eusebium descriptum lubentius statuerim. — de Iuliano vero p. 498. iterum magis Eutrop. VIII, 9. est.

VII, 17.: de Septimio Severo multa ex Eutrop. VIII, 10. petita: praeterea Eusebius ad eundem lectus, et quaedam ex eo, adeo ubi Eutropium excerpsit, in Nostrum translata.

VII, 18.: de Caracalla impr. Eutrop. VIII, 11. est, sed de morte illius Euseb. — idem fere accidit in Macrino: Eutrop. VIII, 12. (c. Euseb. ad Macrin.) — item de Heliogabalo et Alex. Sev. Eutrop. VIII, 13 et 14. repetitus.

VII, 19.: de Maximino Eutrop. IX, 1. ad partes vocatus est. — ibid. de Gordiano, maxime idem l. l. et IX, 2. [117])

VII, 20. Quamvis suam in utilitatem refictum sit caput ab Orosio, tamen etiam hic quasi fundum agnoscimus Eutrop. IX, 3.

VII, 21.: adhibitus est Eutrop. IX, 4. de Decio. id. IX, 5. de Gallo et Volusiano.

VII, 22.: ad part. voc. Eutrop. IX, 6. de Valeriano [118]) et Gallieno. id. IX, 7. 8 init. de triginta tyrannis.

VII, 23.: usurpatus Eutrop. IX, 8. de Claudio, [119]) Quintillo. id. IX, 9. de Aureliano.

VII, 24.: de Tacito et Floriano magis fortasse Eusebius est (prae-

---

117) P. 509. lin. ult. „frater eius“, unde sumpserit Orosius non liquet; falsum autem esse iam Haverc. ibid. not. 4. animadvertit.

118) P. 518. locus ille exstat de Tarracone, ex quo hanc Nostri patriam coniecere viri docti: sed quem in modum accipiendus sit verisimiliter, iam supra in vita scriptoris indicavi; cui sententiae hoc adiiciam, locum hunc nil nisi Hispani circumscriptionem videri verborum Eutropianor. „Germani usque ad Hispanias penetraverunt, et civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt“. Ubi fortasse ne meminisset quidem urbis, nisi eam in fonte suo obviam habuisset. Neque Scaliger (animadv. Euseb. p. 237.) perspexit rem, quamvis alias, utut sese excipiant scriptores Nostri, bene intellexerit.

P. 519. lin. 11. „Aemilianus“ falso pro „Aelianus“, sicuti ubique alibi. — ead. pag. lin. 19. „rusticani“ et lin. 21. „libidinib. inserviret“ addita ab Orosio videntur (?)

119) P. 521. lin. 1. „iam per annos XV“ Nostro proprium.

terea Eutrop. IX, 10.) — de Probo forsitan magis Eutrop. IX, 11. — de Caro et Numeriano vel Euseb. vel Eutrop. IX, 12.

VII, 25.: de Diocletiano etc. fere tota capita 13, 14, 15, [120]) 16 Eutrop. l. IX.; dein in fine capitis Nostri excerpta ex Eutrop. X, 1 et 2.; adiecta notitiuncula ex Euseb.

VII, 28.: de Constantino Eutrop. est X, 2. 3. [121]) 4. varie immixto Eusebio.

VII, 29.: Eutrop. est X, 5. 6. [122]) 7. [123]) item varie immixto Euseb., refictisque nonnullis ex Orosii ingenio.

VII, 30.: de Iuliano lectus quidem Eutrop. X, 8.; ubi vero Euseb.-Hieronymus magis ascitus, atque omnia reficta quodammodo videntur per Oros. ipsum.

VII, 31.: Eutrop. X, 9. lectus sine omni dubio; nam illud „ut putant" p. 547. lin. 5. neminem nisi Eutropium significat.

Praeterea cf. quae ad haec eadem cc. sub Euseb.-Hieronymo diximus: ut autem sese excipiant Eutropius et Eusebius in contextu Orosiano, sive quem in modum alter altero subiunctus sit hisce in locis, indicat tab. libror. et cc. infra annexa.

§. 13. C. IVL. CAESAR ET HIRTIVS.
(COMMENTARII DE BELLO GALLICO.)

Quum Orosius et in Livio (CIII) et in Eutropio (VI, 14.) ad initia rerum a Caesare in Gallia gestarum venisset, Eutropii exemplum imitans, eas omnes coniunctas protulit, fontes in hisce secutus commentarios Caesaris ipsos de bello

120) P. 527. lin. 4. „Alexandriam direptioni dedit", et lin. 6. „cum duob. iam praeliis advers. Narseum conflixisset, tertio" . . haec in Nostro solo, quum reliqua apertissime Eutropii sunt l. l.

121) P. 538. lin. 13. Galerium sibi ipsum vim intulisse, neque in Eutropio, neque Eusebii chron., nec Rufino, nec Lactantio (de mortib. persecutor. 35.) neque al. inveni. (Zosim. II, 11. breviss. hic.) Noster solus haud veri dissimile factum prodere videtur.

Ead. pag. lin. 23. Eutrop. est l. l. procul dubio, quem leviter legit Noster, quum verba eius „ac primo eum in Pannonia secunda, ingenti apparatu bellum ap. Cibalas instruentem, repentinus oppressit", ita reddiderit „in Pannonia primum vicit, deinde ap. Cibalas oppressit." Praeterea caetera hic in favorem Constantini (Christiani) a Nostro formata. Cf. vero de duplici pugna in Pannonia et Thracia Zosim. II, 18. 19.

122) P. 543. lin. 1. de vitio antea ibi exstante cf. nott. 15 et 17. Haverc. recoxit id Grubitz. em. Oros. p. 39—40.

123) P. 544. lin. 18. de Iuliano paulisper immutata Eutropii verba; quod de industria factum arbitrer.

Gallico et eos supplentem Hirtii librum. Ubi minime dubium, quin Orosius Iulianos commentarios una cum Hirtii libro, Suetonii Tranquilli crederet opus: nam verba eius ipsa hoc clare indicant, neque ullam fallendi hic causam intelligimus. Post commemoratas enim provincias Caesari traditas „Hanc, inquit, historiam Suetonius Tranquillus plenissime explicuit, cuius nos competentes portiunculas decerpsimus.“ [124]) Sequitur autem Caesar ipse, cuius ubicunque verba singula, dictiones, periodi et loci sive partim sive toti descripti leguntur. [125]). In excerpendo vero ipso versatur Noster more solito, tolerando sane usque ad librum commentariorum sextum; at in septimo levissime et maxime oscitanter agit, saepius, Caesare non advocato, vix intelligendus. Idem fere reperitur in libro Hirtii, cuius verba quidem magis recipit, quam hoc factum erat in ultimis e Caesare sumptis; sed ubi praeterea aeque negligenter versatus, aeque saepius res suo ex ingenio finxit. Discrepantia paulisper populorum ac ducum cor. et locorum passim nomina nec miremur, neque ullius fere momenti sunt.

Exstant autem huc pertinentia in Nostro l. VI, c. 7 — 11. p. 385 — 409.; ubi circa singula haecce observes:

VI, 7. p. 385 — 391.: annus et coss. ex Eutrop. VI, 14. additi. — p. 38$\frac{5}{6}$.: „lege Vatinia Caesari tres provinciae cum legionib. septem in quinquennium datae, Gallia Transalpina et Cisalpina et Illyricus. Galliam Commatam postea senatus adiecit. Hanc historiam“ etc.

Livius verisimiliter (ut ap. Plut. Caes. 14. et Dion. Cass. XXXVIII, 8.)

---

124) VI, 7. p. 386.

125) Res praeterea tam facilis perspectu, ut sane miremur, qui Cölln adhuc l. saepius l. p. 512. dicere potuerit „Unter den Geschichtschreibern, welche für diesen Zeitabschnitt (lib. VI, sc.) benutzt werden, findet man Sallustius (bei der Verschwörung des Catilin. c. 6.) und Sueton. Tranquillus namentlich aufgeführt und den letztern excerpirt“. Quibus in not. 24 haec adeo adiecit „Nämlich bei Caesars gallischem Kriege heifst's „„Hanc histor. — decerpsimus““. Auffallend erscheint es, dafs bei der verhältnifsmäfsig ziemlich ausführlichen Darstellung dieses Krieges (c. 7 — 12.) niemals auf die eignen Commentarien Caesars verwiesen wird!!“ — Fortasse Nostri dicto etiam Sabinus et Caduceus nitebantur, commentarios Caesaris de bello Gallico ad Suetonium referentes, de quib. et aliis cf. Fabric. bibl. lat. Tom. I. p. 16$\frac{0}{1}$.

scripserat, Caesarem accepisse Galliam Cisalpinam et Illyricum, quibus postea adiecta Transalpina, quam Suetonius in Caes. 22. Comatam nominat; unde Noster — nam initio huic sane Suetonii quid inesse videtur — quatuor provincias sibi fecerit; falso quidem, si refers ad aetatem Caesaris, qua Transalpina (Provincia (Bracata), postea Narbonensis) a Comata distinguebatur adhuc. — De numero autem legionum dissensio inter laudatos, Eutropium et Nostrum: plurimi datas esse Caesari quatuor asserunt, Eutropius decem (?), Noster septem. Sed notum est, Caesarem privato sumptu alias addidisse. [codd. nil suppeditare videntur; difficile de talib. diiudicare.] — p. 386.: Orgetorix Helvetios ad invadendas Gallias accendit, qui etiam mortuo illo proficiscuntur. e Caes. b. G. I, 1—5. — quos ad Rhodanum exceptos Caesar (p. 387.:) bis vincit, ad deditionem cogit. sec. Caes. I, 12 et 23 sqq. —26. — p. $38\frac{7}{8}$.: qui et quot populi exierint, quot cecįderint; caeteri remissi. e Caes. I, 29.; [numeri vero ap. utrumque valde differunt: tamen si caesos a profectis detrahis, eundem remissorum in Nostro habes numerum atque in Caesare.] — p. 389.: Caesar Ariovistum ap. Sequanos vincit. e Caes. I, impr. 34. (44.) 39. 53. 51 et 52. [partim quodammodo paraphrasis. nec accurate duas Ariovisti uxores, totidemque filias ibi captas scribit Orosius, quum uxores et filiarum alteram periisse, alteram tantum captam esse e Caesare constet.] — p. 389—391.: Belgae contra Romanos coniurant. e Caes. II, 1. (I, 1.) Singuli populi eorumque copiae: Caes. II, 4. 15. 4. [Summa armator. omnium Orosii, non Caesaris.] Pugna et victoria Caesaris: Caes. II, 19. sqq. 28.

VI, 8. p. 391—395. — p. $39\frac{1}{2}$.: Caesare in Italiam profecto, Galbae cum Veragris Sedunisque ad Octodurum res et proelia. e Caes. III, 1—6. [sive ex arbitrio, sive oscitanter Orosius caesos plus quam triginta milia refert, quum eor. non nisi tertiam partem periisse scribat Caesar.] — p. $39\frac{2}{4}$.: Novum Venetorum sociorumque eorum bellum, qui proelio navali vincuntur. e Caes. III, 7. 8. 9 extr. part. et init. 10. 14 init. 9 (et 12.) 14. 13. 14. 15. 16. [additamenta in his Orosiana videntur p. 393. lin. ult. „incensis omnib. navibus“ et p. 395. lin. 3. „per tormenta“ de quib. nil ap. Caesarem.] — p. 394.: Titurius Sabinus Aulercos, Eburonices, Lexovios delet. e Caes. III, 17 (18 et) 19. — P. Crassi contra Sontiates, Aquitanos et Cantabros res gestae et de iisdem victoriae. e Caes. III, 20. 21. 23—26. — p. $39\frac{4}{5}$: Caesar Germanos, qui Rhenum traiecerant, ad internecionem caedit. numerus eor. e Caes. IV, 1 sqq. 14. 15.

VI, 9. p. 395 et 396.: Caesar in Germaniam transgressus, Sicambros, Ubios obsidione liberat: Caes. IV, 16. 17. 18. — Suevos centum pagis habitantes et Germaniam terret, redit: e Caes. IV, 19. 1. iterum 19. — in Morinos contendit... e Caes. IV, 21.; naves praeparat: ex eod. l. l. 22.; in Britanniam transit: l. l. 23.; „acerba“ pugna: l. l. 24—27.; magnum navium detrimentum: l. l. 29. [„et non parvum numerum militum, equitum vero paene omnem disperdidit“. verisimilitudini quidem non adversantur, verum in hunc modum ap. Caes. non exstant. num

respicit Caesarem IV, 28.?] — Caesar in Galliam reversus, legiones in hiberna dimittit. e Caes. IV, 36. 38. — Novus navium apparatus. e Caes. V, 1. 2. primo vere traiicit in Britanniam: ex eod. V, 8. — p. 396.: naves tempestate correptae: ex eod. V, 10. 11. primo congressu Caesar victus [? urgebantur sane maxime Romani]: ex eod. V, 15.; secundo Britanni victi: ex eod. V, 17. Caesar ad Thamesim contra Cassivellaunum; barbari, quum transeat, fugiunt: e Caes. V, 18. e sylvis crebro erumpunt: ex eod. V, 19. Trinobantum civitas dedita: ex eod. V, 20. Cassivellauni oppidum „tandem gravi pugna" (?) captum: l. l. 21. [ap. Caesar. levissima videtur fuisse expugnatio!]

VI, 10. p. 397—400.: Caes. e Britannia reversus legg. in hiberna distribuit. sec. Caes. V, 24 et 25. Defectiones: Ambiorix cum Eburonib. Cottam et Sabinum legatos delet. sec. Caes. V, 26. 27 sqq. 32—37. Aduaticos, Nervios, al. in arma suscitat: id. V, 38. aggrediuntur Cic. legatum: V, 39. — p. 39⅞.: multitudo hostium etc.: id. V, 42. — p. 398.: „Praeterea centum viginti turres mirae altitudinis exstruxerunt." [Mira Orosii incuria; hoc enim Romani fecere, neque hostes.] Caes. V, 40. — Romani urgentur. sec. Caes. V, 43. — Caesar certior factus de legione deleta (sec. Caes. V, 45.) et paene confecta: V, 47., adventat c. II legionib.: V, 48.; hostes ei obviam eunt, Caesar dolo utitur (p. 399.:) Gallos caede conficit: V, 49—51. de sexaginta milibus hostium (V, 49.) pauci evadunt: V, 52 init. Indutiomarus, Trevir. dux, contra Labienum; e Caes. V, 55 sqq. qui timorem fingens illum superat. hiems dein quietior: Caes. V, 58. [Sequitur in Nostro causarum expositio magis Orosiana, tamen dictis Iulianis apta:] Caesar per Cn. Pompeium, ut novae sibi mittantur legion. curat: Caes. VI, 1.; priusquam hostes coeant (VI, 2.) Nervios aggreditur (VI, 3.) — Menapii locor. natura munitissimi (VI, 5.), trib. agminibus invaduntur; (p. 400.:) in deditionem recepti (VI, 6.). — Labienus Treviros opprimit: VI, 7 et 8. — Caesar contendit adversus Ambiorigem et Eburones, in sylvam Arduennam fugientes: VI, 30. 31. — de sylva Arduenna: e VI, 29. — Caesar Gallos ad praedam excitans, sine discrimine Romanor. iniurias vindicat: VI, 34. in Italiam revertitur: VI, 44 extr.

VI, 11. p. 401—409.: Caesare in Italiam profecto, Galliae denuo coniurant: Caes. b. G. VII, 1—3. Vercingetorix dux: VII, 4. cuius consilio civitates incenduntur: VII, 14 et 15. [„prima a suis incensa Biturigo" (?) primum, ut videtur, hoc in cap. Orosii negligentiae documentum; nullum enim huius nominis oppidum exstabat, sed primum uno die „amplius XX urbes Biturigum" incenduntur.] dein contra Caesarem: VII, (12.), 16., qui per Narbonensem (VII, 7.), clam (VII, 9.) ad exercitum recurrerat. Caesar „Cenapum" [Genabum? (VII, 11.) sine dubio autem Avaricum esse debet. cf. et Fabric. not. 4. ad h. Nostri l.] obsidet: VII, 13. 16—28.; expugnat: VII, 27. 28. [„cum hostilium machinar. amenta nervique languerent" p. 401. additamentum est Orosianum; adamat enim Christianus auxilium per pluviam.] „Praeterea Arverni ceterique confines sollicitatis etiam ad se Aeduis, mul-

tis adv. Caesarem praeliis bellaverunt." [Arverni inter primos fuere, qui tumultum excitarunt, Vercingetorix ipse Arvernus; Aedui sane sollicitati, at non conflixere cum Romanis:] (VII, 37—43.) [„multis praeliis" autem non nisi de certaminib. apud Gergoviam intelligi potest (VII, 36.)]. „Qui cum se pugnando fatigati in quoddam castellum recepissent" ... [falsum continent nexum rerum, quem Orosius sibi finxit. Nam quae sequuntur usque ad verba „victus aufugit" p. 402., haud dubium, quin res ad Gergoviam ultimas reddant. sec. Caes. VII, 44—51.] — p. 402.: „Dum haec ad Alesiam geruntur" .. verba sunt Caesaris VII, 75.; [de reb. quidem ad Alesiam gestis nil adhuc retulit Orosius!] Vercingetorix rex omnium: VII, 63. — p. 403.: omnes qui arma ferre possent, evocat: VII, 71.; „Hoc enim esse bellum" — (p. 404.:) „consequatur". [His similia passim ap. Caesarem, impr. ex Critognati oratione (VII, 77.) huc tralata accipiam.] — p. 404.: Novae Gallor. copiae contractae: VII, 76. Romani Gallique colles duos sibi obversos occupant: VII, 79. Proelia varia, donec Romani vincunt auxilio equitum (VII, 79—88.) Germanorum „quos sibi iam dudum amicos nunc in auxilium acciverant" (cf. VII, 13.). Vercingetorix fuga elapsos evocat, ut morti se offerant vel ipsum solum tradant; quod et factum: VII, 89. [In ultimis „Itaque Galli — dediderunt" in Caesare non obvia a Nostro adiecta videantur.]

HIRTII LIBER (OCTAVVS) DE BELLO GALLICO.

p. 40$\frac{4}{5}$.: Bellovaci Correo duce bellum instaurant: VIII, 6.; Ambianos, Aulercos etc. adsciscunt, locum munitum capiunt: VIII, 7.; proelio commisso Remor. manum trucidant: VIII, 12. Insidiantes a Romanis ipsi circumveniuntur, vincuntur; Correus interficitur: VIII, 17—19. — p. 406.: Caesar „legiones in hiberna" dimittit; [non accurate, quum Hirtius scribat „plures in partes exercitum dimittere constituit"; neque de hibernis sermo esse potuit.] Ambiorigis fines vastat: VIII, 24 et 25 init. Caninii et Fabii contra Pictonas res gestae. [Non dubitandum, quin quae Hirtius VIII, 26—29. narrat, Orosius hisce reddere voluerit; at in his negligenter versatus, res suo ex ingenio finxit.] Fabius in Carnutes profectus, ne Dumnacus Armoricis iungeretur gentibus, celeriter eas perdomat: VIII, 31. — p. 40$\frac{7}{9}$.: Res ad Uxellodunum gestae usque ad oppidi deditionem. sec. (Hirt.) VIII, 32—36. 39—44. cuius ubicunque verba, dictiones; sed propter non accuratam excerpendi, vel reddendi rationem iuste reprehendas Orosium, in iis praecipue, quae (p. 407.) Hirtii capitibus 33—36 respondere videntur. Plane falsum ibi est Nostri „uno e ducibus interfecto."

Fortasse in paucis quibusdam rebus minusculis (in c. 7. atque postea etiam), quae verisimilitudini minus repugnent, Livium suum Caesare quidem utentem, sed artem certe criticam in eundem exercentem perlustraverit Orosius. (?)

§. 14. C. SVETONIVS TRANQVILLVS.

Suetonii de vitis imperatorum opus, illa aetate certe celeberrimum, quin Orosio quoque bene notum fuerit, nusquam non dubitari nequit. Neque ullum fontium suorum tam saepe laudat, nam septies hoc factum est. [126]) Quibus in locis, excepto fere ultimo tantum, ut etiam alias, ita non solum singula plus minusve ad verbum excerpta e Suetonio exstant, sed etiam cognitio eius in universum elucet. Sed quum iam supra, qua ratione, quod ad Eutropium imprimis et Hieronymum, nec minus ad Livium attinet, Suetonius in Nostro appareat, dictum sit, hoc quoque loco, index rerum transsumptarum, ut antea, et ascitorum capitum sufficiet.

Ubi primum nominatur Suetonius ap. Nostr. (VI, 7. p. 386.), pauca quaedam e vita Caesaris c. 22. translata videntur. (cf. §. praeced. ad h. l.)

Deinde Suetonii periodi e vita Octaviani c. 9. recognoscuntur ap. Nostr. VI, 18. p. 429., ubi illius verbis, quot et quae bella gesserit Octavianus Caesar, commemorat Orosius, eodemque Nostri cap. p. 434 et 435. de Lepido occurrunt Suetonii verba in Oct. 16. (cf. sub Liv.)

Tum VI, 19. p. 439. similitudinem verbor. de Psyllis c. Suet. Oct. 17. supra (sub Liv.) notavimus.

VI, 21. p. 447.: Suetonius ipse laudatur, et recte quod spectat ad verba; vide Tib. 16. praeterea eundem in Tib. et Oct. nonnunquam ibi agnoscamus necesse. (de quib. vid. sub Floro in fine.)

VI, 22. p. 448.: Suetonii Oct. 53. adest ad verbum, de Augusto domini nomen recusante; [ubi Orosianam mutationem velim observes „Domini appellationem, ut homo, declinavit" quum in Sueton. „ut maledictum et opprobrium semper exhorruit".] Praeterea fortasse quae de legibus Augusti breviter, vel potius obiter memorat Oros., e Suetonii (l. c. 34.) lectione prodiere.

VII, 3. p. 457 part. infim. Suetonii locus ex Oct. 93. occurrit, ad quem seq. pag. (458) nomen scriptoris ipsum laudatur; mox ibidem de magna Romae fame, loc. ex Oct. 42.

VII, 4. p. 459—463.: in universum lectionem reperimus Tiberii Suetoniani et his in locis Suetonii verba: p. 459. in periodo „Hic per semetipsum nulla bella gessit, sed ne per legatos quidem" etc. ultima Suetonii sunt Tib. 37. „Hostiles motus — per legatos compescuit, nec per eos quidem" etc. quum prima potius Eutropii VII, 6. „Nam nusquam ipse pugnavit" reddere videantur. — Ibid. „Ipse autem Ti-

---

126) Hisce in locis: VI, 7. p. 386. VI, 21. p. 447. VII, 3. p. 458. VII, 6. p. 468. ibid. p. 469. VII, 9. p. 479. ibid. p. 480.

berius" et q. s. Suet. Tib. est tum aliis in loc., tum in fine c. 32. — p. 461. iterum Suet. Tib. est plurib. in loc., in his autem „Viginti sibi patricios" . . c. ei. 55., et in „res nov. molientem" c. ei. 65 init. recognoscas. Etiam quae de occisis Druso et Germanico dicit Orosius e veloci Suetonii (52. 62.) lectione ficta accipiam. [cf. tamen Tacit. ann. IV, 11. et Lips. ibidem.] „Filios Germanici" . . Suet. Tib. 54.; „Referre singillatim" . . Suet. Tib. 61. est. Amphitheatrum Fidenis collapsum, Suet. est in Tib. 40. — p. 463. „Tiberius siquidem iuventutem eor." e Suet. Tib. 36.

VII, 5. hos habemus pannos (et vestigia) Suetonii e vita Caligulae: p. 463. ex cc. 30 et 31. — p. 464.: ex cc. 43 sqq. impr. 44. — p. 465 extr. et p. 466 e c. 49 extr. [Initio si vis Sueton. in universum accipias fontem.]

Capiti 6 libri VII haec Suetonii e vita Claudii admixta sunt: p. 467.: e Claud. 11 init. — pag. l. — 468.: Claud. 13 part. poster. — p. 468.: Claud. 17 max. part. — p. 469. loculus Claud. 25. — ibid. inf. pag. — 470 med. Claud. 18. — p. 470 fin. cap. Claud. est 29 ad verb. fere et c. 44.

VII. 7 max. part. consarcinatum ex locis Suetonianis in vita Neronis: p. 471 suprema parte exstant verba Ner. 26 init., dein summatim cc. 20 sqq.; praecipue vero res e cc. 28. 29. 30., duobus in locis Eusebii et Eutropii VII. 9. verbis immixtis. Tum Ner. c. 38 fere totum receptum, sub finem immixta Oct. 28 parte extr. — p. 472 impr. Ner. cc. 32 — 35. (etiam Eutrop. VII, 9.) saepius deprehenderim. — p. 473. lin. 5 sqq. exstant Ner. c. 39 init. (immixtis minusculis Eutropii l. l.), exeunte cap. Ner. 42 init., 43 summatim, uti sqq. usque 49. [Ultima verba Eutropii VII, 9. sunt; exstant vero et ap. Euseb. a. Ner. 14.]

VII, 8.: p. 474.: quae de Galba breviter admonet Noster Suetonium sapiunt in universum, praecipue vero initium capitis 12. (Galbae) et caput 17. [„iugulatus est" ex Eutrop. VII, 10. sumptum videtur.] Idem valet de iis, quae de Othone referuntur p. 475. Suetonii enim Othon. al. loc., impr. vero (c. 8 et) 9 medium, ad verbum habemus. [„tertio mense" lin. 8. sec. Euseb. dictum videtur.] Item de Vitellio p. 47$\frac{5}{6}$. Suetonii habemus Vitell. cc. impr. 11 et sqq , et in pannis cc. 15. 16. 17. [Verba p. 478. lin. 1. „etiam communi caruit sepultura" ex Eutrop. VII, 12. hausta, ut dictum.]

VII, 9.: paulo post initium Orosianum panni adsunt Suetoniani e vita Vespasiani: p. 478. e c. 4 impr. (et 5.) — p. 479. ex iisdem cc. (maxime 5.) (Suetonius ipse laudatur.) — p. 480. una cum Tacito etiam Suetonium laudat Orosius de numero caesor. Iudaeor. post captam per Titum Hierosolymam; at ille deperditus, apud hunc vero tale quid non invenitur. — postea de triumpho communi Vespasiani et Titi, num e vita Titi 6.? — p 482. autem est locus e c. 8. vit. Vespasiani „siquidem Achaia" etc. (aut Eusebii est a. Vesp. 6.) Tum ibid. cap. extr. de Tito Suetonium Nostro bene notum vix dubitem, etiamsi verba magis Euseb. ibi adsint.

VII, 10.: itidem Suet. in vita Domitiani plur. in loc. reperitur; potissimum vero p. 483. in cc. 13. 10 sqq. 5. 6. Denique p. 484. ultima capitis verba Suetonii sunt e vita Domitiani 17 sub fin.

§. 15. C. CORNEL. TACITVS.
(LIBRI HISTORIARVM.)

Nec Suetonio rarius Tacitus laudatur a Nostro, et aeque hunc in modum, ut historiarum, quas solas ascivit Orosius, isto tempore celebritas valde probetur. Minime tamen tantopere iis usus est, nam excepto forsitan uno loco, non adhibetur, nisi ubi citatur Tacitus, ibique brevissimae tantum notitiae eius exstant. Tacitea autem facti cuiuspiam expositio continua fere nusquam occurrere videtur. At animadvertamus oportet, sane locorum Taciteorum maximam partem ex historiarum libris deperditis sumptam esse. Loci autem ipsi singuli, nexu minime inter se coniuncti, hi sunt:

I, 5. p. 40., ubi de pentapoleos interitu, Taciti duae de mari mortifero afferuntur periodi ex histor. lib. V, 7.

I, 10. p. 53., ubi de discessu Israelitarum, Taciti de Moyse impr. verba exstant ex hist. lib. V, 3. — Hoc atque priore loco, ut corrigat et emendet Noster dicta Taciti. (cf. supra §. 6. ubi de bibl. sacr.)

VII, 3. p. 458.: sene Augusto patefactus Ianus ad Vespasianum usque. Taciti verba laudantur e parte deperdita historiar. (cf. VII, 9. p. 481. et Lips. antiq. lectt. II, c. 8. p. 121. opp. critic. ed. Antw. 1611. 4., respicit ad Suet. Ner. 13 extr.)

VII, 9. p. 480.: de numero caesor. Iudaeor. capta urbe Hierosolyma: citatur Tacit. e part. deperd. hist. (V?) (cf. praeterea eundem V, 13.) Sed iam p. 479. lin. 12. a verbis inde „Titus vero magna" saltem ad lin. 19. „reservaret" quaedam ex eod. hist. libro deperd. de obsidione et expugnatione Hierosolymae servata videntur.

VII, 10. p. 483.: in bello Domitiani Dacico Diurpanei praesertim contra Fuscum res feliciter gestae, propter Taciti locupletem narrationem omittuntur magis, quam afferuntur. Spectant item ad part. deperd. histor.

VII, 19. p. 511. sec. Tacitum (p. deperd. hist.) Iani, post annum unum a Vespasiano iterum patefacti, meminit Orosius.

VII, 27. p. 532. respicit ad Tacit. hist. V, 3. supra I, 10. memoratum.

Denique ultimam periodum capitis 8. lib. VII. p. 478. de conditione Romae paulo post Vitellium interfectum, e Taciti historiar. IV, 1. confectam existimem.

§. 16. TVRRANIVS RVFINVS.
(HIST. ECCL.)

Notum est Rufinum decem historiae ecclesiasticae Eusebianae libros, in latinum sermonem ab ipso versos et refictos, novem aliis reddidisse libris, iisque duos addidisse novos, historiam ad mortem Theodosii magni perducentes. Rufini opus mox celebritate fructum, neque Orosio ignotum fuisse videtur. Sed ne quis credat, idem hoc in opere quod aliis in Nostri fontibus accidisse, ut multis quidem in locis Orosium apertissime Rufini auctoritatem videres sequentem. Potius Nostro cognitum tantum Rufinum in universum et pluries ad partes vocatum suspicemur; praesertim quum Rufinus maxima in parte locorum Nostri huc pertinentium semper fere cum Orosii vero fonte, i. e. chronico Eusebiano faciat (quod quidem reapse datum), et vix eo plura, sed eadem tantum atque illud adferat. Igitur unicus fere adest locus in Orosio, VII, 28. p. 538. de Galerii exitu,[127]) quem e Rufini hist. eccl. VIII, 18 et 19. sumptum significare non solum possimus, sed etiam debeamus. At non propter hunc solum, verum etiam propter alios nonnullos, quibus, ut dixi, cognitio Rufini elucere videtur, etiam hunc auctorem Nostri fontibus annumerare non dubitavi. Quos tamen locos, quum partim iam supra (sub Euseb.-Hieronymo) enotarentur, partim postea in tab. libror. et cc. Nostri iterentur, hic omittam, exceptis duobus tantum: VII, 6. p. 469. ubi de fame temporibus Claudii imp. per Syriam orta et de Helena Adiabenor. regina loquitur Orosius, fortasse sec. Rufinum II, 11., sed re suo ex ingenio reficta quodammodo[128]) (quod Nostri studium frequentissimum etiam hic in memoriam revocem); et VII, 33. p. 553. de Valente ex Antiochia

127) L. l. lin. 5. „Cumque persecutionem" usque ad lin. 13. „revocavit."

128) Cf. not. Haverc. 26. ad h. l. et ibi laudatos, Scaligerum anim. Euseb. p. 192., qui errores Orosii indicat et Wesseling. l. l. — „prophetae pronuntiaverant." p. 469. lin. 7. respicit ad Luc. act. apost. 11, 28.; at eius Nostrum meminisse negat Scaliger, quum interpretatione Rufini deceptum, de prophetis veteris testamenti intellexisse verba ista eum arguat. Quod sane verisimile.

contra Gothos proficiscente, ubi sane similitudinis verbor. causa cf. Rufin. XI, 13.

Ut autem non tam ad ipsos Eusebii libros Graecos recurrerem, quam ad Rufini latinos, id primum notis ex causis iam saepius memoratis factum; tum quoniam Rufinus, si Orosio notum et ab eodem omnino adhibitum opinemur eum, non minus in libris ab ipso additis duobus ultimis, quam in prioribus Eusebii translatis, lectus a Nostro statui potest.

TABVLA LIBRORVM ET CAPITVM SINGVLORVM.

LIBER PRIMVS: p. 1—84.

LIBER SECVNDVS: p. 85 — 143.

c. 1. p. $8\frac{5}{6}$.: c. 3. p. $8\frac{7}{9}$.: c. 3. p. 89—90.: } Orosius. Euseb. pl. in loc.

c. 4. p. 92—95.: (Euseb. Eutrop.) Livius I, (5? 10? 14? 32. 33. 42.) cum Floro I, 1; 11. I, 2; 1—3. 6. 8. I, 5; 5. I, 9; 2.

c. 5. p. 96—99.: Liv. II, (4. 6. 9. 18. 23—33. 34. 44—47. 48—50.) c. Flor. I, 9; 5. Orosius.

c. 6. p. 100—104.: Oros. Herodot. I, 189. 190. 178. (Iustin. I, 2; 7.?) 179. 181. (Oros.?) Iustin. I, 7; 3—5. 7. Oros. (Cic. p. Marcello IV, 11.)

c. 7. p. 104 et 105.: Iustin. I, 8.

c. 8. p. 106—109.: Iustin. I, (9 et 10.) II, 5; 9 sqq. ad f. c. II, 9; 8—12. 20. II, 10; 1. Euseb.-Hier. a. Abr. 1530.

c. 9. p. 109—112.: Iustin. II, 10; 12. 13. 18—21. II, 11; 2—6. 11—18.

c. 10. p. 112—114: id. II, 11; 19. II, 12; 1. 2—7. 22 ad f. c. II, 13; 1—5. 8. 9. 10 ad f. c. (II, 10; 22—24.)

c. 11. p. 115—118.: id. II, 14; 1—9. III, 1; 1. 2. Orosius.

c. 12. p. 118—120.: Oros. Liv. III, (5. 6. 7. 2. 15. (Aug. de c. Dei III, 17.) 18. 25—29.) (Flor. I, 11; 11—13.)

c. 13. p. 120—123.: Liv. III, (32. 33. 35—38. 44 sqq. 48. 50. 51. 53 et 54.) IV, (21 et 30. 31—34.) Orosius.

c. 14. p. 123—127.: Iustin. IV, 2; 2 sqq. IV, 3, 4, 5 (c. ult. excepta §. 3.)

c. 15. p. 128 et 129.: id. V, 1; 1—5. 7. 9 ad f. c. V, 2; 2. 4. 5. (8.) 10 ad f. c.

c. 16. p. 130—132.: id. V, 3; 1—6. 8 ad f. c. V, 4; 1—7. V, 5; 1—5. V, 6; 1. 3—7. (pro 8. 9. Oros.) 10. V, 7; 1. 3. V, 8; 1. 3.

c. 17. p. 133—137.: id. V, 8; 3—7. 9 ad f. c. V, 9 excepta §. 8. V, 10; (1—4. 8—11 impr.) Orosius . . .

c. 18. p. 138 et 139.: Iustin. V, 11; 1—3. 8. 9. Oros. Euseb.-Hier. a. Abr. 1590. 1591 et 1587.

c. 19. p. 140—143.: Liv. V, (1. 2. 7. 8. 12—22.) c. Flor. I, 12; 8. 9. Liv. V, (32. 33. 35. 36 sqq. 44. 48. 49 sqq.) c. Flor. I, 13; 7. 13. Oros.

LIBER TERTIVS: p. 144—210.

p. 144—145.: praefat. Orosii.

c. 1. p. 146—152.: Iustin. VI, 6; 5 et 1. VI, 1; 1. 2. 4 sqq. 7. 9. VI, 2; 1. 2. 4—9. 16. 17. VI, 3; 1. 8. 4—7. 9 . . . VI, 4. VI, 5; 1. 2. 6—10. VI, 6; 1—3.

c. 2. p. 152—155.: Iustin. VI, 6; 6 ad f. c. VI, 7; 1—4. 10—12. VI, 8; impr. 11—13. 2. Orosius.

c. 3. p. 155 et 156.: Euseb. a. Abr. 1637. Oros. Eutrop. II, 1: (Liv. V, 26 et 27.?)

c. 4. c. 157—158.: Liv. VII, 1. 2. Oros.

c. 5. p. 158—159.: Liv. VII, 6.

c. 6. p. 159—160.: Eutrop. II, 2. 3. [c. Liv. VII, (9—15. 17.) 25 et 26.]

c. 7. p. 161—162.: Liv. VII, 27. 28. (Oros.) Euseb. a. Abr. 1661. (1651) 1658. 1665 et 1667.

c. 8. p. 162—164.: Liv. VII, 29. (Oros. Aug. de civ. Dei III, 9.?)

c. 9. p. 164—165.: Liv. VIII, 3. 7. 9. 12 init. 15.

c. 10. p. 16⅚.: Liv. VIII, 18.

c. 11. p. 166—167.: id. VIII, (3. 17. 24 impr.)

c. 12. p. 167—174.: Iustin. VII, 4; 3 et 5. IX, 8; 1. VII, 5; 3—6. (VII, 4; 7.) VII, 5; 9 et 10. (VII, 6; 3 et sqq.) VII, 6; 6—9. 10—12. 14 ad fin. c. VIII, 1; 1—4. 7. (8.) 11—14. VIII, 2; 1. 4. 8. VIII, 3; 1—4. 6. 10 ad f. c. VIII, 4; 1—6. 11. 12. VIII, 5; 1. 5. 7—11. VIII, 6; 1. Oros.

c. 13. p. 174—176.: Iustin. IX, 1; 1—3. 5 ad f. c. IX, 2; 1—4. 10. 14 ad f. c. IX, 3; 1—6. 8 ad f. c.

c. 14. p. 176—178.: id. IX, 4; (6.) 7 sqq. IX, 5; 4—8. IX, 6; 1. 3. 4. (VIII, 6; 4 sqq.) Oros.

c. 15. p. 178—180.: Oros. Liv. VIII, 30. IX, 1—6. 12—16.

c. 16. p. 180—184.: Iustin. XI, 2; 7 et 10 impr. XI, 3; 5. (6.) XI, 4; 7. (XI, 3; 2. 1; 6. 9; 4.) XI, 5; 1. XI, 6; 2. 3. (10.) 11. 12. XI, 7; 3. (15.) XI, 8; 1—4. XI, 9; 1. 2. (3 sqq.—) 8. 9—12. XI, 12; (impr. 1—4.) XI, 10; 4. 6. 7. 10 sqq. impr. 12 ad f. c. XI, 11; 1—6 impr. (Oros.) 13.

c. 17. p. 184—186.: Iustin. XI, 12; 5. XI, 14; 1—3. 6—8. 10. XI, 15; 1. 4. 5. 15 impr. (Oros.?)

c. 18. p. 186—189.: id. XII, 1; 4. 6 sqq. u. a. f. c. XII, 2; 1. 12—15. 16 et 17. XII, 3; 4. 5. (XII, 4; 12.?) XII, 5; 9 et 12. XII, 5; 1. XII, 6; 14 et 3. 18 et 17. XII, 7; 2.

c. 19. p. 189—192.: id. XII, 7; 4. 6. 9. 12. 13. XII, 8; 1. 3—5. 7. 8. 9. 10 sqq. 16 et 17. XII, 9. (exceptis §§. 7 et 13.) XII, 10; 1—4.

c. 20. p. 192—195.: id. XII, 10; 5 et 7. XII, 13; 1. 2. part. post. (6—10 in nuce.) Orosius.

c. 21. p. 196—197.: Liv. X, impr. 21. (24.) 27—30. 31.

c. 22. p. 197—200.: Liv. X, 35 et 36 (sive 33?). 38—42. 47 extr. Liv. XI. (Flor. I, 15; 3.) Liv. XII. c. Aug. de civ. Dei III, 17.

c. 23. p. 200—210.: Oros. Iustin. XIII, 4; 10. 12—23. XIII, 5; 2—6. 8. (9.) 10. 12. 14. XIII, 6; 1. 2. 8. 11 ... 16. XIII, 8; 1. 2—8. 10. XIV, 2; 1. 2. 4—6. XIV, 3; 2. 3. 11. XIV, 4; (1.) 20. XIV, 5; 1—5. 9. 10. XIV, 6; 1. 2. (5 sqq.) 13. XV, 1; 1. 3. 4. 6 ... XV, 2; 1—3. 6. 10 sqq. XV, 4; 1. 10—14. 21 ad f. c. et libri. XVI, 1; 1. 5. 8. 19. XVI, 2; 1—4. XVII, 1; 4. 2. 8. 10. 9 et 12. XVII, 2; 1—4.

LIBER QVARTVS: p. 211—283.

p. 211—213.: introductio Orosiana.

c. 1. p. 214—218.: Liv. XII.: (Aug. de civ. Dei III, 17. p. 88.?) (Flor. I, 18; 6.) Aug. de civ. Dei. l. l. Liv. XIII.: (Flor. I, 18; 7. 8. 9 part. poster.) Oros. (respicit III, 16. p. 181.) Liv. XIV init.

c. 2. p. 218 et 219.: Liv. XIV.: (Aug. d. c. D. III, 17. p. 88.)

c. 3. p. 220 et 221.: Liv. XIV. XV. [cf. Polyb. I, 7.]

c. 4. p. 22½.: Liv. XV.

c. 5. p. 222—224 : Liv. (XV.?) XVI. [cf. Aug. de c. D. III, 17. p. 88—89.] Oros.

c. 6. p. 224—232.: Iustin. XVIII, 6; 9 (cf. et c. 5.)—12. 7; 1. 2 sqq. 9. 15—18. XIX, 2; 7—11. 3; 1. 2. 11. 12. XXI, 4; 1—4. 6—8. 6; 1. 2. 5 ad f. c. et libri. XXII, 4; 1. 5; 2. 6; 4—9. 7; 1—8. (XXIII, 2 in fin. et 3.) Orosius.

c. 7. p. 232—234.: Liv. XVI... Flor. II, 2; 7. Liv. XVII...

c. 8. p. 235—237.: Liv. XVII. (cf. XXII, 60.) (Flor. II, 2; 13.) Liv. XVIII. (Flor. II, 2; 19. Eutrop. II, 11.)

c. 9. p. 238—241.: Liv. XVIII. XIX.

c. 10. p. 241—243.: Liv. XVIII. (?) [Cic. in Pison. XIX. §. 43.] XIX. [cf. Eutrop. II, 15 et 16.]

c. 11. p. 243—245.: Liv. XIX. (Aug. d. c. D. III, 18. p. 90.)

c. 12. p. 245—247.: Liv. XX. (?) Orosius.

c. 13. p. 248—251.: Liv. XX. (Eutrop. III, 2.)

c. 14. p. 252 et 253.: Liv. XXI.: impr. 5. 6—15. 9. 1. 4. 24. 28. 35. 32 sqq. 37. 38. 39 sqq.—45 et 46. 51—57. 58. 60.

c. 15. p. 254 et 255.: Liv. XXII, 1—7. (Eutrop. III, 4.)

c. 16. p. 256—259.: Eutrop. III, 5. Liv. XXII, 49 (et XXIII, 11.) Flor. II, 6; 19. c. Liv. XXII, 51 impr. Eutrop. III, 6. Liv. XXII, 53. XXII, 57 et XXIII, 14. c. Flor. II, 6; 23. (24 partim) 25. Liv. (XXII, 61.) XXIII, 1. 2 sqq.—10. 24 impr. (epit.) 31. 30 in fin. (16?) 44—46. Eutrop. III, 6. c. Liv. XXIII, 26—29 impr. XXIV, 49 extr. p. XXV, 16. 19. 21. (cf. epitom.) Orosius: Flor. II, 6; 31 et 32. et Eutrop. III, 7.

c. 17. p. 259—262.: Liv. (XXIV, 23 sq.) XXV, 23 sqq. Eutrop. III, 8. Liv. XXVI, 7. 9. 10. 11. (Oros.? Sil. Italic.??) Eutrop. l. l. Liv. XXVI, (4 sqq.) 12—16. (epitom.) 18. 35. 36.

c. 18. p. 263—267.: Eutrop. III, 9. (c. Liv. XXVI, 18. Flor. II, 6; 37.) Eutrop. III, 8. c. Liv. XXVII, 1. ibid. 12—14. Eutrop. III, 9. Liv. XXVH, 18 et 19. (c. Eutrop. III, 10.) Liv. XXVII, 27. (et 33.) 36...39 sqq. 49 impr. 51 immixto Liv. XXVI, 4. [Eutrop. III, 10. (Sil. It. XV, 816..??) Flor. II, 6; 53.] Liv. XXVIII, 46 extr. p. (37.) 38. XXIX, 24. (et 25.) 34. c. Eutrop. III, 11. Liv. XXIX, 36. XXX, 4 (epit.)—9. 12. 13. 16. (c. Eutrop. III, 11.)

c. 19. p. 267—269.: Liv. XXX, 19. 20. 25 extr. p. 29. 30. 31. 32—35. (c. Eutrop. III, 13.) 40. 43 impr. (44.) 45.

c. 20. p. 269—276.: Eutrop. IV, 1. c. Liv. XXIV, 50 et 52. id.

XXI, 10 et 21. (XXXII, 28.) XXXIII, 4. (7 sqq.) 10. Orosius. Liv. XXXIII, 25 impr. 36. 37—(42—) 44. 47. 49. XXXIV, 1 et 8. 43. 46. 47. XXXV, 1. (XXXIV, 35.) 7 extr. p. 11. 14. 17. 22 part. post. XXXVI, 2. 5—19. 21. 38. (fin. lib. et XXXVII, 1.?) XXXVII, 39—44. 45. 34 et 7. 46. 57. XXXVIII, 12 sqq. — 27. (impr. 20—23.) XXXIX, 20. 47 t 48. (34 et 35.?) XL, 5—16 et 24. XXXIX, 52. (et XXXVIII, 56.) 1. 49 et 50. 56. XL, 30—32. (47—) 50. (impr. 49 et 50.) XLI init. 8. (22.) 19. (23.) XLII, 29. et Eutrop. IV, 3. Liv. XLII, 58—60. 65—7. XLIII, 18 et 19. (sive 20 et 21.) Eutrop. IV, 4. c. Liv. XLIV, impr. 2. XLV, 39? 40.... (Orosius.)

c. 21. p. 276—278: Liv. XLVIII. (Aug. d. c. D. I, 31—33.)

c. 22. p. 279 et 280.: Liv. XLIX et L. cf. Eutrop. IV, 5. Flor. II, 5; 10.

c. 23. p. 281—283.: Liv. XLI. cf. Flor. II, 15; 17 et 18. Eutrop. V, 5 extr. p. Orosius.

LIBER QVINTVS: p. 284—363.

c. 1. p. 284—287. }
c. 2. p. 288—289. } Orosius. (Aug. de c. D. III, 23.?..)

c. 3. p. 289—291.: Liv. LII. (Oros. p. 290.)

c. 4. p. 291—296.: Liv. LII. (c. Flor. II, 17; 15 et 16.) Liv. LIII. [Iul. Obs. c. 81.] Oros. Liv. LIV. Oros. Liv. LII et LV. — LVI.

c. 5. p. 296—299.: Orosius [Liv. (LV sive LVI.?) XXII, 41 sqq. 1 impr.] Liv. LVI. Oros. (Liv.?)

c. 6. p. 299—300.: Liv. (LVI.? cf. Iul. Obs. c. 84 et 85.) LVI.

c. 7. p. 300—303.: Liv. (LVI.) LVII et LIX init. immixt. Flor. , 18; 7. 2. 11. 2. 12. 13. 15 et 17.

c. 8. p 304 et 305.: Liv. LVIII.

c. 9. p. 306 et 307.: Liv. LVIII. LIX.

c. 10. p. 308—311.: Liv. LIX. (cf. Iul. Obs. c. 89. Aug. d. c. D. I, 31. p. 102.)

c. 11. p. 311—315. [pp. 313 et 314 desunt]: Liv. LX. (cf. Iul. Obs. 90. Aug. l. l.)

c. 12. p. 315—318.: Eutrop. IV, 9 fin. (—10 init.) Liv. LX et LXI.

c. 13. p. 318.: Liv. LX et LXI.

c. 14. p. 319 et 320.: Liv. LXI. LXII.

c. 15. p. 321—326.: Liv. LXII. LXIV usque LXVII. id. LXIII. cf. Iul. Obs. c. 97.) Liv. LXV impr. (LXVII.?)

c. 16. p. 327—331.: Liv. LXVII et LXVIII.

c. 17. p. 332—334.: id. LXIX et LXX.

c. 18. p. 335—340.: id. LXXI usque ad l. LXXVI. (init. Eutrop. , 2. cf. Iul. Obs. c. 114. et Aug. d. c. D. III, 23. p. 95.) Orosius 340.

c. 19. p. 341—346.: Eutrop. V. 3. Liv. LXXVII. LXXIX. Orosius. (Liv. cf.) Iul. Obs. c. 116. Liv. LXXX. c. Eutrop. V, 5. — Oros. Liv.... LXXXIII.

c. 20. p. 346—349.: (Liv. LXXXIV et LXXXV.) Eutrop. V, 5. Liv. LXXXVI — LXXXVIII et iter. Eutrop. l. l.

c. 21. p. 349—352.: Liv. LXXXVIII. LXXXIX.

c. 22. p. 352—354.: Liv. Eutrop. V, 6 in fin. [c. Liv. IX, (17—) 19.] Liv. XC.

c. 23. p. 355—459.; Eutrop. VI, 1. c. Liv. XC. id. XCI. (Cic. pro leg. Manil. XXI. §. 62.) XCII. XCVI. Oros. p. 35⅞. Eutrop. VI, 2 c. Liv. (XCI.?) Eutrop. VI, 3 et 4 c. Liv. (XCIII.)

c. 24. p. 359 — 363.: Liv. XCV. XCVI XCVII. Orosius.

LIBER SEXTVS: p. 364 — 449.

c. 1. p. 364—369ᵃ [pp. 369 et 370 iterantur].: Orosius. (Augustin.)

c. 2. p. 370ᵃ — 375.: Eutrop. V, 3 et 4. c. Aug. d. c. D. III, 22. Liv. (LXXXI.?) LXXXII. LXXXIII. XCIII. XCIV. XCV.

c. 3. p. 376—377.: Liv. XCVII. XCVIII.

c. 4. p. 377—380.: Liv. XCIX. C. CI.

c. 5. p. 380—383.: Liv. CII. — p. 381 in fin. sqq. Orosius.

c. 6. p. 383—385.: Liv. CII et CIII. (?)

c. 7. p. 385—391.: Eutrop. VI, 14. Suet. Caes. 22. [Liv. CIII.?] Caesar de bell. Gall. I, 1—5. 12. 23 sqq.—26. 29. 34. (44.) 39. 53. 51. 52. II, 4. 15. 4. — Oros. p. 391. — Caes. l. l. II, 19 sqq. 28.

c. 8. p. 391—395.: Caes. b. G. III, 1—6. 7. 8. 9 extr. p. et init. — 10. 14 init. 9 (et 12.). 14. 13. 14. 15. 16. 17. (18 et) 19. 20. 21. 23—26. IV, 1 sqq. 14. 15.

c. 9. p. 395 et 396.: Caes. b. G. IV, 16—19. 1. 19. 21—27. 29 (et 28.?). 36. 38. V, 1. 2. 8. 10. 11. 15. 17—21.

c. 10. p. 397—400.: Caes. b. G. V, 24. 25. 26. 27 sqq. 32—37. 38. 39. 42. 40. 43. 45. 47—51. 49. 52. 55 sqq. 58. VI, 1—3. 5—8. 30. 31. 29. 34. 44 in fin.

c. 11. p. 401—409.: Caes. b. G. VII, 1—3. 4. 14. 15. 16 (7. 9.)—28. 37 — 43. 44 — 51. 75. 63. 71. 77 (? al.). 76. 79—88. (cf.) 13. 89. Hirt. VIII, 6. 7. 12. 17—19. 24 et 25 init. 26—29. 31. 32—36. 39—44. Oros. in fin. c. p. 409.

c. 12. p. 409—411.: Orosius.

c. 13. p. 412—413.: Eutrop. VI, 15. Liv. CV. CVI. CVIII.

c. 14. p. 413—414.: Orosius. Liv. (CVIII.?) [cf. Iul. Obs. c. 125. Nostrum VII, 2. p. 455.]

c. 15. p. 415—422.: Eutrop. VI, 16. Liv. CIX. CX. CXI. Oros. p. 417—419. Liv. l. l. Eutrop. l. l. Liv. l. l. et CXII.

c. 16. p. 423—425.: Liv. CXII — CXV.

c. 17, p. 425—428.: Liv. CXVI. Oros. inde a p. 426.

c. 18. p. 428—435.: (Eutrop. VII, 1.) Suet. Oct. 9. Liv. CXVIII — CXXI. (CXXII.?) CXXIII — CXXV (et CXXVI.?). CXXVII et CXXVIII. c. Eutrop. VII, 3. Liv. CXXIX. (CXXXI.??) Euseb.-Hier. a. Abr. 1976.

c. 19. p. 436—440.: Liv. CXXX—CXXXIII.

c. 20. p. 440—443.: Liv. CXXXI.? [al. in loc.] Orosius. Suet. ct. 95. (cf. Iul. Obs. c. 128.) Orosius.

c. 21. p. 444—447.: (Liv. CXXXV? et passim in libr. ult ?) Flor. , 12; 46—51. 54—57. 3 (—22). 23 et 24. 5. 40. Orosius. — Liv.? — uet. Tib. 16 (et 9). c. Eutrop. VII, 5. — Flor. l. l. §. 30 sqq. et Suet. ct. 23. — Liv.? — Flor. l. l. §. 61 et 63. et Suet. Oct. 21.

c. 22. p. 448 et 449.: Orosius: (Flor. IV, 12; 64.?) Sueton. Oct. 4.) 53. Oros. (et sec. ev. Luc. 2, 1 sqq. al.)

LIBER SEPTIMVS: p. 450—587. [129])

c. 1. p. 450—453. et

c. 2. p. 453—456.: Orosius.

c. 3. p. 457—459.: Oros.... evang. Matth. 2. Oros... Suet. Oct. . Euseb. a. Caes. Oct. 49. c. Suet. Oct. 42. Tacit. deperd. Oros. ang. Matth. 24, 6—9. Oros.

c. 4. p. 459—463.: Euseb. (Eutrop. VII, 6. c.) Suet. Tib. 37. — useb. a. 4 Tib. — Suet. Tib. (pl. in loc. 26 sqq.?) 32. — Euseb. a. ib. 23. (cf. Rufin. hist. eccl. II, 2. Tertull. apol. 5.) — Suet. Tib. . in loc. (55. 65. 52. 62. 54. 61. 40) — Euseb. a. 18 Tib. — Suet. ib. 36. — Orosiana nonnulla inspersa.

c. 5. p. 463—466.: (Euseb. Eutrop. VII, 7.) Suet. Calig. (pl. in c.) 30 et 31. Oros. — Suet. Calig 43 sqq. impr. 44. — Euseb. a. alig. 1. 2. 3. (cf. Rufin. h. eccl. II, 7.) 4. — Suet. Calig. 49 fin. — rosius.

c. 6. p. 466—470.: (Eutrop. VII, 8. c.) Euseb. a. Claud. 2. Oros. · Suet. Claud. 11. Oros. — Suet. l. l. 13. Oros. — Suet. l. l. 17. c. useb. a. Claud. 4. (cf. Eutrop. l. l.) Oros. — [Rufin. II, 12. (Luc. act. postol. 11. 28.)] — Euseb. a. Claud. 4 fin. — id a. Claud. 7. — Suet. l. 25. Oros. — Euseb. a. Claud. 10. c. Suet. l. l. 18. 29. 44.

c. 7. p. 470—473.: (Eutrop. VII, 9 Euseb.) Suet. Nero (pl. in loc.) 20 sqq. c. Euseb. a. Ner. 11. Suet. l. l. 28. 29. 30. immixt. Eutrop. l. — Suet. l. l. 38. c. Oct. 28 vers. fin. — Euseb. a. Ner. 12. — uet. l. l. 32—35. (Eutrop. l. l.) — Euseb. a. Ner. 14. (cf. et Rufin. , 25.) — Suet. l. l. 39. c. Eutrop. l. l. — Euseb. a Ner. 10. — Suet. l. 42 init. 43 ... 49. c. Eutrop. l. l. —

---

129) Beckius in dissert. supra l. p. 5. „Sed, inquit, in septimo bro, qui historiam ab initio imperatorum usque ad Orosii tempora ontinet, res tanta brevitate tractavit, ut in multitudine et parva discrepantia scriptorum eius aetatis inveniri non possit, ex quo potissimum hauserit; praeterea horum temporum historia in mentibus aoque hominum adhuc paene recens haerebat: quare multa (?) ne dubio e memoria scripsisse putandus est. Hinc factum est, ut extremi libri fontes inquirere inutile iudicaverimus, idem valet de 20—22. libri VI." !!!

c. 8. p. 474—478.: Suet. Galba (pl. in loc.) impr. 12 init. et 17. (c. Eutrop. VII, 10.) Orosius. — Suet. Otho (pl. in loc.) impr. (8 et) 9 med. (c. Euseb.) — Suet. Vitell. impr. 11 sqq. 15. 16. 17. c. Eutrop. VII, 12. Tacit. hist. IV, 1.

c. 9. p. 478—482.: Oros. — Suet. Vespas. 4. 5. 7. (8.) Tacit. hist. V. part. deperd. — Euseb. a. Vespas. 2. [Suet. Tit. 6.? Oros.] Suet. Vesp. 8. (sive Euseb. a. Vesp. 6.) Euseb. a. Vesp. 8 et 9. Eutrop. VII, 13 vers. fin. Euseb. a. Tit. 1 et 2. (Suet. in univers. Eutrop. VII, 14.? omnes fere consoni.)

c. 10. p. 483—484.: Euseb. Suet. Domitian. 13. 10 sqq. 5. 6. c. Tacit. deperd. — Oros. — Euseb. a. Domit. 14 et 16. — Suet. l. l. 16. 17. (c. Eutrop. VII, 15. consonus.)

c. 11. p. 484—485.: Eutrop. VIII, 1. Euseb. a. Nervae 1.

c. 12. p. 486—488.: (Euseb.) Eutrop. VIII, 2. (2. 3 rec. distinct.) — Euseb. a. Traiani 10. 6. 7. 12. 13. 16. 17—19. immixta notitia ex Hadriani a. 5. (in fine cf. et Eutrop. VIII, 2. (5 rec. dist.))

c. 13. p. 488—490.: Euseb. a. Hadriani (1.) 9—11. 3. 16—20. (cf. Eutrop. VIII, 3.)

c. 14. p. 490—491.: Euseb. a. Antonini Pii 1—3 et 23. (cf. Eutrop. VIII, 4.)

c. 15. p. 492—495.: Euseb. c. Eutrop. VIII, 5. Euseb. a. M. Antonin. Veri et Aur. Commodi 3. (4.) c. Eutrop. l. l. — Euseb. a. ll. 7. 8. (12. c.) Eutrop. VIII, 6. Euseb. a. ll. 13—16. [cf. Rufin. V, 5. Tertull. apol. 5.] 17 et 19.

c. 16. p. 495—498.: Euseb. c. Eutrop. VIII, 7. Euseb. a. Commodi 11. 8. 12. 13. et Eutrop. l. l. in fine. — Euseb. ad Pertinacis mens. (cf. Eutrop. VIII, 8.) et Iulianum, c. Eutrop. VIII, 9. [ultima verba Orosii sunt.]

c. 17. p. 498—503.: Euseb. Eutrop. VIII, 10. Euseb. a. Sept. Severi 5. — Eutrop. l. l. (sive Euseb. a. l. 6.) id. a. Sev. 9. Eutrop. l. l. p. poster. c. Euseb. a. Sev. 13—15. 18.

c. 18. p. 504—508.: Euseb. Eutrop. VIII, 11. Euseb. a. Caracallae 6. Eutrop. VIII, 12. c. Euseb. a. Car. 7 (sive Macrini a.). Eutrop. VIII, 13. c. Euseb. ad a. Heliogab. — Eutrop. VIII, 14. c. Euseb. a. Alex. Severi init. et 13.

c. 19. p. 509—511.: Euseb. Eutrop. IX, 1. c. Euseb. a. Maximini 2. et Rufin. h. eccl. VI, 20. (p. 148.) Eutrop. IX, 2. (Euseb.)

c. 20. p. 512—515.: ex ingenio Orosii confect. sec. Euseb. a. Philippi 1 et 2, sicut etiam sec. Eutrop. IX, 3.

c. 21. p. 515—516.: Euseb. a. Decii 1 et Eutrop. IX, 4. [cf. Rufin. h. eccl. VI, 26. p. 151.] Eutrop. IX, 5. impr. vero Euseb. a. Galli et Volusiani 1 et 2.

c. 22. p. 516—519.: Euseb. a. Valeriani et Gallieni 1. 2. (sive) Eutrop. IX, 6. Oros. (Jerem. 5, 3.) — Euseb. a. ll. 4. Eutrop. l. l. [Lactant. de mort. persec. 5?] Euseb. a. ll. 6. Orosius. Eutrop. l. l. part. poster. (sive Euseb. a. ll. 7—10.) Eutrop. IX, 7 et 8 init.

c. 23. p. 520—522.: Eutrop. IX, 8. et Euseb. a. Claudii. Eutrop. IX, 9. et Euseb. a. Aureliani 5.

c. 24. p. 523—524.: Euseb. a. Taciti, Floriani, Probi. Eutrop. IX, (10.) 11. Euseb. a. Cari, Carin. et Numerian. 1 et 2. (sive Eutrop. IX, 12.)

c. 25. p. 525—529.: (Euseb.) Eutrop. IX, 13. 14. 15. Euseb. a. Diocletiani 19 et 20. Eutrop. IX, 16. X, 1 prior. part. X, 2 init. iterum X, 1. — in fine Euseb. a. Galerii 2 (?) [309 Chr.]

c. 26. p. 530—532.: (Euseb. a. Constantini 1.) Orosius.

c. 27. p. 532—536.: Orosius.

c. 28. p. 536—541.: init. Oros. dein: Eutrop. X, 2 et 3 init. Rufin. h. eccl. VIII, 18 et 19. (p. 198—199.) Eutrop. X, 3. (Euseb. a. Constantini 7.?) Eutrop. l. l. part. post. Euseb. a. Constantini 11. Eutrop. X, 4 init. Euseb. a. Constantini 10. 13 et 14. 20. Eutrop. X, 4. Euseb. a. Const. 26. 27. 29. 30. (sive Eutrop. l. l. in fine.)

c. 29. p. 541—544.: Euseb. . . a. filior. Constantini 1. (Eutrop. X, 5.) Oros. Euseb. a. ll. 2. (cf. Rufin. h. e. X, 11.) Euseb. a. ll. 3. Eutrop. X, 5. id. X, 6. immixt. Euseb. a. ll. 11. Eutrop. X, 5. part. post. X, 6. part. post. Euseb. a. ll. 16. (cf. Eutrop. X, 7 init.) Eutrop. X, 7. Orosius.

c. 30. p. 545 et 546.: Euseb. ad a. Iuliani 1 et 2. [lectus etiam Eutrop. X, 8. cf. Rufin. h. e. X, 32. 35 et 36.]

c. 31. p. 547.: Euseb. a. Ioviani et Eutrop. X, 9.

c. 32. p. 548—550.: Euseb. a. Valentiniani et Valentis 1. (cf. Rufin. XI, 2.) Euseb. a. ll. 2. 3. Orosius (? p. 549 init.) Euseb. a. ll. 4. 6. 10. 11. 12.

? ? ?

c. 33. p. 550—554.: init. Euseb. a. ll. 12. [cf. Rufin. XI, 3. (4.) 5.] Oros. . . p. 552.: Euseb. a. ll. 13. 14 usque ad fin. chronici. Orosius . . . p. 554. lin. 8.? . . .

De Theodosii (maioris) in Africa reb. gestis p. 551. cf. Ammian. Marcellin. XXIX, 5. et de singulis a Nostro memoratis, imprimis capitis l. §§. 18. (42.) 54. — De Theodosii morte p. 55½. amplificatus Hieronym. — De Hunnis, Gothis exituque Valentis, quae vere historica prodit Noster p. 55⅔., non nisi amplificata Hieronymo narrata accipiam, quum etiamsi quae huc pertinent, ab Ammiano Marcellino in libr. XXXI (impr. cc. 12; 17. 13; 2 sqq. 12 sqq.) edita, interdum vestigia similitudinis cuiusdam indicare videantur, tamen non tam magni sint momenti, ut inde Ammianum Orosio cognitum, ne dicam usurpatum ad res latius exponendas statuamus.

p. 553. cf. Rufin. h. e. XI, 13.

CAPVT IV.

DE PARTE HISTORIARVM EXTREMA ET HVIVS SVPERIORISQVE PRETIO ATQVE OPERIS TOTIVS.

Hucusque veros historiarum Orosii fontes, quousque investigari potuerint, indicavimus et demonstravimus. Iam eo sumus progressi, ubi fontes Nostri non amplius declarandi, ubi ex auditu, e memoria retulit, ac fortasse adeo ea, quae ipse viderat, narravit. Quodsi respicis ad ambitum, parva sane, vel potius minima historiarum pars, tribus potissimum ex causis minime indigna, quae etiamsi breviter, tamen accuratius consideretur: primum quidem, quoniam omnes fere, qui iudicarunt de opere Orosiano, sive obliti sunt partis illius, sive vix obiter eam tetigerunt; deinde quoniam in nuce quasi Noster his ultimis in capitibus totus exstat; denique quoniam hic fontem habemus Orosium ipsum, ideoque pretiosissima nobis totius operis est pars.

Amplectitur ea quinquaginta ferme annos, a communi Valentiniani et Valentis regno usque ad Orosii ipsius dies, siquidem cap. 32 et 33. annumeraveris, quae quidem (ut supra sub Euseb.-Hieron. iam vidimus) maximam partem ab Hieronymo suppeditata, sed tamen varia etiam ignotis ex fontibus admixta contineat. Ex alius narratione minus pendentem, prope solum observamus Orosium inde a cap. 34 et sqq., quibus Theodosii magni et filiorum eius ad id usque tempus, quo confecit Noster opus suum, historia continetur, minime illa vero locupletissima, sed etiamsi diffusior in singulis, nec studio quodam carens, in universum tamen brevis, summamque tantum rerum tradens, quippe maximam sane partem res propter novitatem notas supponens, saepius autem aliis quoque ex causis.

Per totum vero horum capitum contextum praecipue tria animadvertimus: fidem vere catholicam, credulam, abstrusam, tum adulationem domus imperatoriae, postremo narrationem unice ferme ad Occidentem, et prae caeteris quidem ad Africam et Hispaniam respicientem.

Quarum rerum prima, quam diximus abstrusam, credulam orthodoxiam, rursus modo fere triplici apparet, primum odio et ira contra Arianos et Arianismum, sicut obsequio et dilectione fidei catholicae: manifestissime scilicet, ubi de Valentis morte (VII, 33 in fin.) disserit, dilucide in odio contra Stilichonem (VII, 37 init. p. 567. et VII, 38.), aperte ubi felicitatem Theodosii et Honorii, propter fidem catholicam merito evenientem iis, semper praedicat; tum pia illa fidelique credulitate, qua, nobis quidem abstrusa ratione, sed ut ipse putat, in gloriam imperatorum et fidei ab iisdem defensae, horum et comitum eorum res ubicunque feliciter gestas miracula reddere vult; [1]) denique dictis contra paganos ubique immixtis, quibus saepius nec sine fervore, neque illepide [2]) suis ipsius temporibus non solum felicitatem veram vindicare, sed etiam et externam illam et internam positam in religione Christiana demonstrare studet. [3]) Qualia quodvis caput ferme continet.

Adulatio domus imperatoriae tam aperta, ut singulis documentis eam firmare non opus sit. Moneamus tantum, Orosium etiam quaeque inopportuna, dignitati aut honori Theodosii nociva, omnino diligentissime evitasse, velut etiam confessionem eius peccatorum coram Ambrosio, quamvis vel Augustinus illius meminerit ac demonstraverit, quemadmodum etiam haec laudibus Theodosii possit adscribi. Eam autem propterea a Nostro omissam putarim, ne crudelitatis prioris meminisse, ac memoriam patris imperatoris praesentis contaminare deberet. Aeque odii in Stilichonem aliam insuper causam suspicer, quum etiamsi Arianismum viri perhorruerit, nec nisi vulgarem aequalium opinionem de Sti-

---

1) Cf. impr. VII, 35 et 36. de Theodosio et de Mascezile.

2) Cf. praecip. VII, 37. de Rhadagaiso et c. 39. de Alarici expugnatione Romae.

3) Mihi quidem videtur Orosius, quantumvis etiam extraneam adhuc quandam temporum suorum felicitatem servare studeat, tamen eorum calamitatem vix abnuendam sensisse, et huic dolorique fortasse patriae amissae interdum cedens, ad solatia religionis Christianae et per eam confessoribus impositam humilitatem cucurrisse. Hac quidem ex ratione epilogum capitis 41 explicem.

lichonis culpa, quod attinet calamitatem per barbaros imperio Romano illatam, tradiderit Orosius, tamen etiam Honorio catholico abluere velit labem iniustitiae et animi ingrati, per necem Stilichonis procul dubio conflatam.

Neque Occidentis res prae caeteris consignatae in hac historiarum parte extrema causis egent. Qui momenta quaerit, reperiet haec: quod Theodosio regnante in Oriente neque illustria, gloria digna, neque horrida gesta sunt multa, quod omnes fere istius temporis historiae ad Occidentem sese converterunt, Theodosio autem mortuo et imperio partito, Orientis et Occidentis partes mox magis magisque a se invicem abalienatae sunt: quibus rebus nascentibus et partim iam natis Noster vixit et scripsit. Rerum vero Hispaniarum et Africae diffusior imprimis relatio non minus per se, quam per studium et amorem patriae et terrae, in qua exsul quasi, sed libenter exceptus morabatur, suppeditata.

Haec in universum de ultimis Nostri capitibus; videamus nunc quale eorum sit argumentum historicum, qui et quales fortasse eorum sint fontes, quanta iisdem fides, quantum denique eorum nobis sit pretium?

Initio, quid sit iudicandum de cc. 32 et 33., significatum est; de singulis huc pertinentibus cf. sub Euseb.-Hieronymo fin., ut et finem capitis tertii. A capite 34. usque, unde ipse magis Orosius exstare videtur, primum panegyrica quadam, explicabili et explicata ratione de Theodosio a Gratiano assumpto in regnum refert, tum de victis ab illo Alanis, Hunnis, Gothis, de Athanarici morte et deditione Gothorum, de Persis pacem petentibus, de Thracia liberata, de Arcadio filio in regnum assumpto, denique de Maximi in Britannia creati imperatoris transitu in Galliam, de morte Gratiani et fuga Valentiniani (iunioris) ad Theodosium: brevissime omnia, sed quae propter conceptionem vix Orosianam adhuc e scripto fonte quodam hausta esse mihi quidem videantur. Sequenti demum capite (35) Theodosii regnum enarrare incipiens, fusius primum meminit Orosius eiusdem de Maximo et Andragathio apud Aquileiam victoriae et Valentiniani restituti, adiectis minusculis quibusdam,

a posterioribus auctoribus alias his de rebus advocatis nusquam non omissis. Sin autem postea (p. 559.), nec sine coniunctione cum prioribus, de Valentiniano interfecto „apud Viennam, ait, dolo Arbogastis, comitis sui, ut ferunt, strangulatus“ etc., ad auditum, ut fontem Nostri, remissi nobis videamur, id quod firmatur fortasse, si quidem post commemoratum imperatorem Eugenium, creatum per Arbogastem „Historiam, inquit, notam etiam oculis plurimorum, quam melius qui spectavere noverunt, dilatari verbis non opus est.“ Excipiuntur autem haec a narratione ornatissima, atque uberrima rerum a Theodosio contra Eugenium et Arbogastem gestarum, in qua Augustinum (d. c. D. V, 26.) amplificatum conspicimus, qui de pugna illa „Milites nobis, inquit, qui aderant, retulerunt“ etc., ita ut de Nostri fontibus hic vix dubium esse possit: relationes enim erant partim fando auditae, partim ex Augustino depromtae.[4]) Ex sua ipsius cognitione procul dubio notitia de Theodosii morte extr. part. capitis addita est. — Initio capitis 36 brevis exstat mentio Honorii, Arcadii et eo tempore Orienti imperitantis Theodosii (iun.): in reliqua capitis parte accuratior legitur narratio motus Gildonis in Africa, per Mascezilem exstincti, et quoniam, ut videtur, notissimam adtinet rem, minime dilucida nobis ista de exitu Mascezilis notitia. Hic igitur omnia de Gildone et Mascezile ad traditiones iterum Nostri fontes ducere videntur, velut si de causis, cur surrexerit Gildo „ut quidam ferunt“ inquit; aut magis etiam, si adiicit, „sive ut alia tradit opinio“ (p. 564.); aut si de numero copiarum Mascezilis „ut aiunt“ addit (p. 565.); praesertim autem si post dictam, mirifice facilem Mascezilis victoriam, in hunc desinit modum „Periclitaremur sub tan-

---

4) Praeterea vera a falsis, fictitiis, auctis facillime discernas in narratione. Expositionis exemplum hoc addam: Theodosium maximo in periculo scripserat versatum, priusquam pugnam commisisset, tamen Deo esse fisum. Pergit p. 560. „Dehinc postquam insomnem noctem precum continuatione transegit, et testes propemodum, quas in pretium praesidii coelestis adpenderat, lacrimarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit, solus, sciens se esse non solum.“ Sat lacrimaverit necesse est! Tamen etiam in his ex auditu referentem audiam.

torum miraculorum relatu, praesumta mentiendi impudentia, nisi adhuc vocem nostram conscientia eorum, qui interfuere, praecurreret". (p. 566.) — Certe e memoria proposuit Orosius, quae initio 37 de Ruffino, Stilichone, Alarico et de Gothis minus explicantur, quam significantur tantum, ut etiam iterum iterumque praepositum „Taceo de" indicat. At quae sequitur irruptionis Rhadagaisi eiusdemque interitus lata et ornata atque rebus quoque aliis adhibita mentio, iterum Augustinum (d. c. D. V, 23.) maxime sapit; rursus autem eodem locupletior in vere historicis. Sin autem Orosius (p. 568 et sq.) Rhadagaisi copias ad ducenta milia fuisse refert, et primo loco „ferunt", altero „secundum eos qui parcissime referunt" adiicit, fortasse haec verba posteriora scriptum quemdam fontem innuunt, numerus vero Augustino l. l. adversatur, quum is non nisi centum milia Rhadagaiso adscribat. [5]) — Caput 38 de Stilichonis et filii eius Eucherii molitionibus et interitu agit; ubi non liquet, num illa „sicut a plerisque traditur" (p. 571.) (de Eucherii intentionibus adversus fidem Christianam), de relationibus scriptis, an de opinione tunc vulgari dicta sint. Praeterea suo tempore notissima quaeque hic retulerit Orosius. — Cap. 39.: Alaricus Romae. cf. Aug. d. c. D. I, 1 impr. Procul dubio secundum aliorum relationes. Nullius plane momenti est illud „ut ferunt" (p. 574.), nec nisi regiones Romae Nostro ignotas fere prodit. — Accuratiorem contra et rerum et personarum cognitionem, partim saltem ortam e propinquitate verisimili locorum, quibus et agebantur illae et vixit auctor, indicant quae in cap. 40 exstant [6]) de occupatione Galliarum per Alanos, Suevos, Vandalos, a Stilichone adhuc immissos, de Gratiano in Britannia et mox Constantio surgentibus, de eiusdem in Galliam transitu et in Hispanias intentione, de Didymi et Veriniani servandae patriae causa conatibus et nece per Constantem, filium Constantii et Honoriacos, a quibus denique Hispaniae bar-

---

5) Zosim. V, 26.: CCCC milia habet, cuius tamen narratio ab omnibus aliis discedit. Cf. Reitemeier. ad h. l.

6) Cf. Zosim. VI, 2 sqq.

baris aperiuntur. — Cap. 41 in epilogo singula quaedam de conditione Hispaniae et incolarum eius paulo post irruptionem gentium externarum et biennio post (quo scripsit Orosius) praebet. — In cap. 42 catalogus recensetur tyrannorum feliciter ubicunque oppressorum, in Gallis Constantini, Constantis, Gerontii, Maximi, Iovini, Sebastiani et (interpositis quibusdam notitiis de umbratili illo imperatore Attalo eiusque fortuna) Heracliani et Sabini in Africa, deque eorundem per Maximum eluso in Romam impetu. Haec ultima iterum diffusius. Denique ecclesiae Africanae restituta per Honorium et tradita per Marcellinum memoratur pax, idemque Marcellinus per Marinum Carthagine obtruncatus, quapropter Marinus revocatus et privatus est redditus. Iam si eae quae in priore huius capitis parte leguntur res, ultimis fere, quibus in patria moratus est Noster, diebus gerebantur, et si easdem qui fortasse non procul ab earum conspectu fuerat narravit: Heracliani forsitan et Sabini motus et caetera ex parte saltem iam viderat ipse in Africa, aut novissimos certe audiverat, quum appulisset. — Ultimo denique (43) capite, Constantii comitis Arelatensis meminit, Gothos Narbona expellentis et in Hispaniam abire cogentis; loquitur de Ataulpho rege eiusque magnis intentionibus, de quibus virum regi amicissimum in oppido Bethlehem Hieronymo referentem audivisse se contestatur: Ataulphum apud Barcinonem, ac Segericum interfectos commemorat; denique Valliam successorem laudat, qui Placidiam Honorio fratri reddidisset, paci cum Romanis insisteret, et propterea cum aliis Hispaniae gentibus confligeret. „Itaque nunc quotidie apud Hispanias geri bella gentium, et agi strages ex alterutro barbarorum crebris certisque nuntiis discimus, praecipue Valliam Gothorum regem insistere patrandae paci ferunt.“ Verum huius historiarum partis extremae finem periodis et verbis „Manifestavimus, ut arbitror — bona esse didicerunt“ (p. 587.) expressit.

Sunt quidem non multa, quae hisce ultimis capitibus praebentur, tamen ideo haud parvi pendenda, quum omnium historiarum de temporibus illis et locis si non antiquissima, tamen illis magis aequalia s. contemporanea offerant;

(nam qui alias ad historiam temporum illorum cognoscendam adhibentur, Socrates, Sozomenus et Theodoretus ecclesiastici, et Zosimus una cum fragmentis Olympiodori, eorum non nisi ultimus et primus aequales, reliqui longe posteriores, omnes autem magis remoti a locis rerum gestarum, partim etiam ab his ipsis;) praesertim quum saepius referatur secundum eorum, qui rebus gerendis interfuerint, relationes, nonnulla adeo ex auctoris ipsius conspectu sint literis mandata. Caeterum illa causas bene significant, ac denique fide digna vel sic narrata exstant, ut facile vera a falsis discernas. Vellem sane Orosius res non tam notas supposuisset, sed potius in universum diffusius tractasset. Sed quamvis haec ita sint, nihilominus meritum minime negandum huic operis parti inest.

Priusquam autem ad iudicium de toto opere Orosiano accedamus, totam priorem eius partem maximam, quam ex aliis tantummodo sua hauriens composuit, denuo respiciamus, ac pretii momenta exploremus. Ubi omnia in ratione inter auctorem eiusque fontes intercedente fulciuntur. Quinam hi fuerint et quem in modum iis sit usus Noster, capite superiore docuimus. Accidit vero, ut maxima fontium Nostri pars interciderit. Interrogandum igitur, quae, qualia, quanta deperditorum in Orosio servata sint? Hoc enim nobis ponderis maximi; hic autem Livius prope solus in censum venit, quum quae ex aliis fortasse servaverit Orosius, e Tacito imprimis, minimi sint ducenda. Iam si singula spectamus, quae prae omnibus scriptoribus tam Graecis quam Latinis in Orosio solo servata exstant, et quae suis in locis, quantum fieri potuit, enotanda curavimus, ea igitur, quae nusquam nisi in Nostro inveniuntur, confitendum utique est, nec multa nec fortasse magni aestimanda esse. Continentur enim haec magnam partem in numeris, qui per se, certe ad historiam nihili fere, nec solum tanquam numeri, sed etiam propter Nostri indolem admodum dubii; dein in factis nonnullis singularibus, quibus saltem interdum pretium quoddam inest, nec ubicunque venustas quaedam deest; tum in rebus paucissimis, alibi quidem inveniendis, quae tamen per Nostrum demum temporibus, qui-

bus gestae fuerint, adscriptae sunt; denique in conversionibus rerum notissimarum permultis et discrepantiis cum aliis quibusque, quae tamen propter addubitandam saepius in excerpendo Nostri fidem vix aliorum dicta superabunt. Hinc vero ad aliud ducimur, aeque atque ultima historiarum pars, et a laudatoribus et a vituperatoribus Nostri hucusque omissum. Nam etiamsi quae solus servavit Orosius, sumpta e nexu rerum, et caeterorum scriptorum multitudini opposita, pauca et parva videantur, tamen rebus subiuncta vel notissimis longe alio sunt aspectu saepius, quum in hoc ipso ordine rerum, in hac vel illa conversione momentum eo pretiosius insit, quo minus hoc verisimilitudini repugnet. In his igitur propria nec pauca Graecis Romanisque scriptoribus adversa Noster praebet. Sed ne rationem quidem inter Nostri et reliquorum Romanorum auctorum narrationes intercedentem observarunt viri docti: quum nec conversiones illas Nostri proprias, nec multis de rebus Romanorum longe locupletissimum exstare Orosium animadvertisse videantur.[7]) Quod equidem longe maximum prioris historiarum partis meritum accipiam, praesertim quum ibi, mendis Nostri quidem concessis, semper adhuc et in universum et in singulis Livium deperditum recognoscamus. Quo quidem respectu prae caeteris librum Orosii quintum insignem censeam, atque in eo narrationem belli Viriathici et Numantini, motuum Gracchanorum et belli servilis, belli Iugurthini in parte illius extrema, bellorum cum Cimbris et Teutonibus, rerum a Saturnino aliisque gestarum et praecipue belli socialis. Minoris sunt pretii hac ratione liber quartus et sextus — in hoc animadvertas velim prae aliis bellum civile inter Caesarem et Pompeium — quamvis neque iis talia desint. Minoris etiam quam illi aestimandi sunt libri duo antecedentes, secundus et tertius, nihili fere primus. Certe quibus carere possimus, omnia ista ab Orosio ipso addita.

---

7) Nec viderunt iidem, nonnulla in Orosio exstare, quae ad historiam Romanam pertinentia aliunde, praesertim e Nostro posterioribus hauriantur scriptoribus. At hoc profecto rarissimum!

Iam si de scriptore, postquam eum in utramque partem, et reprehendentes et laudantes secuti sumus et pervestigavimus, iudicium ferri debeat, fere hoc erit:

Orosium scriptorem esse neque ingenio neque arte ad historias condendas felicem, cui propter asservatas partium quarumdam adumbrationes et fragmenta librorum deperditorum, imprimis Livii, meritum insit fortuitum; propterea vero, quae ultimis operis sui capitibus solus, etiamsi parvae tantum veterum historiarum partis fons tradidit, augmentum sane honoris et auctoritatis verumque meritum ei accesserit.

Hunc in modum nos hodie iudicamus, nam unumquodque tempus regulam observat iudiciorum de operibus literariis, imprimis historicis, positam illam in suis ipsius conditionibus. In praefatione vidimus, quale fuerit de Nostro iudicium temporum praeteritorum, quibus situm fuerit rebus, quantopere variaverit, quemadmodum lapsum sit, ubi constiterit. Nec nos celemus, fieri posse, ut per feliciter reperta auctoritas Nostri, quam diximus, plus etiam minuatur. Remotissima quidem in tempora, opinor, partium ultimarum constabit pretium.

Quae quum ita sint, nondum indignum censeo Orosium, qui aeque atque alii historiae Romanae scriptores minores, accuratissime circa res et verba excutiatur atque iterum iterumque edatur; quoniam neque hac neque illa ratione, aut in textus recensione, aut in commentariis necessaria, ne dicam sufficientia, laudeque digna praestiterunt viri docti.

ADDITAMENTVM 1.

DE STILO OPERIS OROSIANI.

Sequentia duntaxat animadversiones continent singulas, quales in iterata eaque diligenti cuiuslibet scriptoris lectione occurrunt, quas quidem pluris non censeam, ne dicam rem absolventes, ad quod praestandum me parum philologum et grammaticum esse ingenue profiteor. Nonnulla loco aptiori adiicere nescii.

In compendiis historiae Romanorum literariae Orosius scholae quae dicitur Africanae, cuius principes Tertullianus inter maiores, inter posteriores Augustinus censentur, adscriptus invenitur, e causis fere probabilibus, etiamsi Nostrum ex Africa minime ortum sciamus. Cuius scholae scriptoribus et ingenii fervor et ardor animi atque ubertas in dicendo conceduntur, in eloquio tamen saepe aliquid inelegans, durum, obscurum et abstrusum, nec minus hyperbolicum obiicitur. Qualia etiam in stilo Nostri vituperantur. At qualis cogitandi ratio, tale eloquium: ab argumento forma difficile segreganda; igitur et quae de stilo Orosii observanda viderentur, fortasse capiti iam secundo subiungenda fuissent. Quum vero ab argumento maximam partem historico, traditoque magis et suppeditato, quam ex ipsius auctoris ingenio hausto, fórma facilius seiungi posse videatur, egoque etiam mori parerem consueto: equidem observationes de stilo fontibus solum Nostri investigatis et demonstratis subiungendas censui. His autem expositis vix quis miretur, si stilum Orosianum in ipso Nostri opere a stilo fontium discernimus, quum non solum in locos plane descriptos, sed etiam in excerptos plus minusve una cum rebus etiam stili quid fontium transierit. Nec fugiunt lectorem, ne dicam Iustinus et eloquium Iustinianum, sed Liviana, Iuliana, (Floriana), Suetoniana, Eutropiana, Hieronymiana, Augustiniana dicendi et scribendi ratio in Orosio. Nec negari potest, meliore fontium stilo etiam Orosii meliorem redditum esse, eoque magis, quo accuratius et in rebus et in verbis illos secutus est, id quod, si historiarum partes, quarum argumentum formaque ab aliis petita, cum Orosianis contuleris, clarius etiam perspicies. Sane imparem sibi, nec quem ubique laude efferas, observabis stilum istis in partibus, quum in Orosianis magis quidem sibi parem, sed ubicunque fere illo incomtiorem, duriorem, obscuriorem habeas, praeditum maculis illis omnibus, quas supra scholae Africanae proprias perhibuimus. Praefatio statim operis totius ad Augustinum exemplum praebet, alia specimina introductiones librorum maximam partem, alia saepius

excursus inserti.[1]) Ubique autem eandem fere atque in rebus in stilo intentionem in certum quemdam effectum animadvertas. Quem ut consequatur Orosius, variis utitur modis, non solum eloquio singulari in universum, sed etiam nugis verborum, axiomatis, saepe antithesibus, brevitate, comparationibus passim extraordinariis, saepissime triplici, adeo quadruplici climace,[2]) cui plane singularem quamdam vim attribuere videtur.

Huc accedit scriptoribus Nostro aequalibus propria, atque ad instar Augustini prodita doctrinae et literarum demonstratio quaedam in allegandis et sermoni implicandis aliorum, sive poetarum sive scriptorum orationis pedestris, verbis et elocutionibus. Itaque nonnulla bibliorum sacrorum et Tulliana pauca, versus Claudiani, versusque et dictionem Lucani, praesertim autem Virgilii per totum opus offendimus.

Vestigia bibliorum sacrorum in scriptore Christiano, qualis Orosius, minime mirabere, sed potius non plura exstare; cuius rei eadem fere est causa atque quam antea omissae historiae sacrae attulimus, quum si non caetera fere omnia, saltem apologeticus scatens scripturae sacrae locis, quominus mancam huius cognitionem causam illius rei statuas, impediat. Tamen equidem non nisi haec fere ex bibliis inspersa reperi: I, 8. p. 50. Paul. ad Rom. 13, 7.; IV, 1. p. 366. Paul. I ad Corinth. 1, 27.; ibid. evang. Ioh. 10, 38.; VI, 22. p. 449. ev. Luc. 2, 14. (1 etc.; VII, 3. p. 457. ev. Matth. 2.); ibid. p. 45$\frac{8}{9}$. ev. Matth. 24, 6—9.; VII, 22. p. 517. et VII, 26. p. 531. Jerem. 5, 3.; VII, 27. p. 532. Paul. I ad Corinth. 10, 6. [cf. cap. 2. §. 6.]

---

1) Quam optime Orosii stilus ex apologetico, magis etiam e commonitorio intelligi potest; sed hi libri huc non pertinent.

2) Ex. gr. p. 97.: „terruit, conclusit, obsedit". p. 163.: „inquirat, inveniat, prodat". p. 286.: „contradixit, obstitit, repugnavit". ibid.: „victis — abductis — venditis — dispersis". ibid.: „maluerint — opinati sint — iudicarint" etc. p. 412.: „divertit — adit — pervadit — diripit". p. 544.: „exercuit, exegit, expendit". p. 554.: „adspicit — diligit — defendit". p. 558.: „clausit, cepit, occidit". eadem p. 581. — (p. 570.: „edentibus, bibentibus, ludentibusque".) p. 573.: „obsidet, turbat, irrumpit". p. 587. plura huiuscemodi et alibi.

Aeque rara sunt vestigia Ciceronis, cuius horum tantum meminerim orationum loculorum: I, 8. p. 49. pro Muren. XX, §. 42.; II, 6 inf. p. 103. pro Marcell. IV, §. 11.; (IV, 10. p. 241. (not. 3.) in Pison. XIX, §. 43.?); V, 23. p. 356. pro leg. Manil. XXI, §. 62.; VII, 15. p. 494. pro Marcell. III, §. 8. Quae e ludis literariis verisimiliter Nostri adhuc inhaerebant memoriae.

Bibliorum et Ciceronis peritiores plura fortasse invenient.

Poetarum Claudianus novissimus semel tantum (VII, 35. p. 561.) „poeta quidem, laudatur, eximius, sed paganus pervicacissimus“, at strictissime secundum Augustinum (d. c. D. V, 26. cf. cap. 4.), qui eum a Christi nomine alienum dicit, ita ut in medio relinquamus, num ex ipsius poetae cognitione eiusdem prodierit laus, et alibi quoque in Nostro vestigia Claudiani agnoscere quis velit, annon. [3])

In permagno sane penes Orosium et aequales erat honore Lucanus, qui quamvis a Nostro „poeta optimus“ nominetur, tamen neque versus, neque eius omnino sermo saepius asciti videntur. Nam duobus tantum in locis imitatio Lucani, nec nisi uno ipsa eius verba exstare videntur. [4])

Omnium vero Nostro maximi et familiarissimus ubique Virgilius est, cuius dictionem et dictionis imitationem aeque ac versus ipsos saepissime invenis. Virgilium intelligamus, adeo Aeneidos initium recognoscamus necesse, si I, 18. p. 72. de Aeneae, Troia profugi, in Italiam adventu, rebusque ibi gestis, Orosius dicit „ludi literarii disciplina nostrae quoque memoriae inustum“. Notissima praeterea permagna illius poetae auctoritas temporibus Nostri; unde sane fieri potuit,

---

3) Versus praeterea sunt Claudiani de tert. consul. Honorii 96 sqq. quorum Orosius mediorum verba nonnulla omisit, ita ut e tribus duos tantum faciat, quales neque in Augustino leguntur. Propterea correptus Noster ac si memoria esset lapsus, tamen scienter hoc fecerit; mihi quidem Havercampius not. 38. ad h. l. rectum eruisse videtur. Gessner ad l. Claudiani falso etiam Augustinum verba media reiecisse arguit, neque Nostri rationem perspexit.

4) II, 18. p. 138. (not. 2.) imit. Luc. I, 1. — III, 8. p. 163. (not. 10.) imit. Luc. I, 60.? — VI, 1. p. 369[a] („ut verbis poetae optimi loquar“) vers. pars e Luc. I, 337.

ut poeta paganus in Christi adeo passione ad partes vocaretur. [5]

Stilo denique Nostri proprium non nisi hoc commemorem, auctorem saepenumero sive longioribus sive pluribus brevioribus interpositis periodis, ad priorem interruptam assumptis particulis ergo, igitur, itaque, ut dixi etc. redire, quod utique intellectum difficiliorem reddit, atque in anacolutha Nostrum abducit nonnunquam. [6]

De aliis orationis Nostri proprietatibus, cum antecedente iunctis quodammodo, maximam partem vituperandis, barbaris, cf. velim Grubitz. em. Oros. pag. 25. 26. $2\frac{8}{9}$. 31. 32. 35. 37. 38. $4\frac{0}{1}$.

ADDITAMENTVM 2.

DE TITVLO HISTORIARVM.

Ne quid omisisse mihi videar, postremo rei meminerim incertae, quae quidem nullius fere momenti, sed virorum doctorum ingenia per transacta saecula varie exercuit.

In codicibus enim quibusdam mss. titulus historiarum

---

5) Virgilium ipsum sive imitationem eius habes hisce in locis: I, 8. p. 72.: Aeneid. init. — II, 4. p. 92.: (not. 6.) ex imit. Aen. VII, 318. — II, 5. p. 99.: $1\frac{1}{2}$ vv. Aen. II, 368 sq. („poeta praecipuus"). — II, 18. p. 139.: parod. Aen. II init. — II, 19 inf. p. 141.: imit. Aen. II, 755. — III, 1. p. 150. (not. 32.): ex imit. Aen. IV, 688 sqq. — IV praef. p. 211.: v. Aen. I, 203. (Virg. ipse laudatur.) cf. et p. 212. (not. 8.) ex imit. Georg. I, 115 sqq. — IV, 15. p. 254.: hemistich. Aen. VII, 738. non apte quidem, quum hic de Arno, nec de Sarno Campaniae sermo sit. (cf. sub Liv. ad h. l. supra cap. 3. §. 9.) — V, 5. p. 297. (not. 9.) ex imit. Aen. II, 126. — V, 16. p. 328. (not. 11.) ex imit. Aen. IX, 68. — V, 19. p. 345. (not. 34.) — V, 24. p. 361. (not. 23.) imit. Aen. X, 809 (?). — VI, 1. p. 367 et 370.: vv. Aen. II, 351 sq. — VI, 2. p. 375. (not. 57.) imit. Aen. IV, 53 (?). — VI, 15. p. 418.: v. Aen. III, 452. ibid. p. 419.: v. Georg. II, 193. — VII, 4. p. 462.: (de Christi passione) v. Georg. I, 468.

Tribus in locis (III, 23. p. 210., V, 2. p. 288. et VII, 5. p. 464.) id, quod iam editores Orosii ignorasse videntur, poetam vel poetas ibi allatorum versuum, frustra ego quoque investigavi.

6) Exempla collegit Grubitz. em. Oros. p. 10.

Orosii de (h)ormesda sive (h)ormesta sive (h)ormista mundi (alias etiam hormestum?) legitur. In verbo igitur hormista, quae eius significatio vel explicatio esset, dilucidando laborabant viri docti. Iam si aliquanti fecerunt rem, respexissent necesse erat, qualis esset titulus codicum plurimorum ac vetustissimorum, dein qualem proderent eum aut viderentur prodere scriptores, omnibus Nostri codicibus vetustiores atque etiam recentiores. Aliquantulum fortasse a coniecturis abstinuissent. Nam Gennadio libri sunt historiarum verisimiliter, Gelasio historia adversus paganorum calumnias, Freculfo Lexoviensi adversus gentes libri, Gottfrido Viterbiensi (p. XVI. p. 278. ap. Pistor. ed. III. Tom. II.) simpliciter chronica, ut etiam aliis, etc.[7]) Primus forsitan, qui ormesta verbum usurpasse videtur, Ordericus Vitalis est, saeculi undecimi sive duodecimi monachus Benedictinus, in historia sua eccles. (5. p. 558. sec. Du Cange Glossar. ll. infra laudandis). Codicum princeps (Havercampii Florentinus primus) initio mutilus, item alii; aliorum tituli variant, plurimis improba vox plane deest,[8]) nec nisi in recentioribus maximam partem, ne dicam recentissimis tantum mss. videtur exstare.

Aderat tamen verbum fatale, nec destiterunt aut ab interpretandi conatu aut a recoquendis aliorum coniecturis; etenim omnium fere I. G. Vossius solus, quam parvi vox ista revera sit pendenda, perspexisse videtur, etsi hic quoque nonnullas coniecturas proposuit.[9]) At vide, quomodo rem suam gesserint.[10])

---

7) Cf. praef. nostr. pl. in loc. et prae caeteris Nic. Anton. §. 11. p. 180. vet., 238 ed. nov.

8) Sic etiam in cod. Portensi (saec, XII.) a Grubitzio collato. Sin Montfauconio aliqua fides in edendis mss. codicum titulis, sane paucissimi prae se ferunt illud „hormesta" et vetustiorum fere nullus. Vaticanis sc. antiquissimis (no. 3339. saec. IX et no. 1974 saec. X) deest vox illa.

9) „Taedet pluribus insistere rei tam incertae et voci plane nihili. Nec enim id nomen vel scriptores veteres, vel melioris aevi codd. agnoscunt."

10) Plurimorum coniecturas collegerunt Fabric. in bibll. latt. (praesertim med. et inf. Lat. ed. Mansi) et illum partim describens Func-

Primus omnium Stephanus Vinandus Pighius in Hercule prodicio p. 112. vocem „hormista" falso pro „orchestra" positam significasse videtur. [11]) Quam opinionem A. Schott in ed. sua Orosii, Mogunt. 1615. (et in bibl. Hisp. p. 206.) ac Vossius de vitiis serm. c. 30. sectantur. Deinde Vossius (hist. Pelag. et de hist. lat.) haec protulit:

1) hormesta = hormefta sive hormeuta. ὁρμουτής autem (teste Hesychio) = piscator. — Quae coniectura tantopere Funccio l. l. placuisse videtur, ut sibi eam vindicet, adiectis hisce: hormesta = ὁρμητεύς (teste Hesychio) = piscator. [verb. graecum tamen vere ὁρμιευτής.]

2) hormesta posit. pro hormathus a graeco ὁρμαθός = catena, series. ὁρμαθὸς κακῶν = series malorum (ab ipso Vossio reiectum.)

3) hormisda (vel huiuscemodi simile) per inscitiam librariorum in ipsum operis titulum transgressum est nomen possessoris cuiusdam codicis.

4) hormesta corruptum ex „hominum miseria" („quod imprimis placet").

B. Bonifacius, de XL Rom. hist. scriptt. legendis. excerpt. e Bodino, Vossio, aliis (prodiit una c. Sigonii iudicio etc. Venetiis 1627. 4.) c. 31. p. 79. coniicit:

or. mesta = orbis moestitia. sive or. m. ista = Orosii mundi historia.

Barthius (quem parare mihi non potui) advers. XXXVI, 17. p. 1661.: hormista = omnis historia.

Reinesius variar. lectt. libr. III. pr. Altenburg. 1640. 4. p. 385 sqq. antiquiora tantum collegit, novi nil praebet.

Cotelerius monument. eccles. Graec. Tom. II. p. 621. (Paris. 1681.) hormesta derivat ab ὁρμή, motus, impetus, agitatio.

Schilter, Jacob v. Königshov. elsass. u. strafsburg. Chronicke. Strafsb. 1698. 4. anm. 2. §. 2 impr. p. 456. hormesta Afrorum graecobarbaram censet vocem ab ὅραμα (visio)!

I. G. Eccardus (in bibl. Brem. 1718. Tom. I. p. 325.) ormisda a Gothico armen, misereri derivans, ponit armwist sive ormist = miseria.

I. Diecmann (in bibl. modo l. Tom. I. p. 465.) hormista = harmosta, a graeco ἁρμόζειν, aptare repetit.

Frisch (explicat. tituli Hormesta qui O—i libro inscriptus invenitur: Miscellan. Berolinens. Tom. III. p. 310.) h. = Orosii moesta.

Gundling (Gedancken über des Orosii Hormesta: Gundlingiana XXV, 439—448.) coniicit: Orestes, quasi longa tragoedia!

Heumann (via ad hist. lit. c. 4. §. 17. progr. Gotting. 1732. 4. in sylloge nov. progr. 2. p. 484. et act. eruditor. Tom. X. suppl. p. 263.) tertium (adeo quartum) vindicat Nostro nomen: Paulus Orosius Hor-

---

cius de veg. lat. ling. senect. (et Freitag adparat. litter. I, p. 277 sqq. sec. Harles.).

11) „De orchestra mundi" Havercampii cod. Lugdunens. primus chart. a. 1463 inscribitur.

mistas vel P. Hormistas Oros., vel adeo P. O. Hormisdas Mundus sive Mundius!

Du Fresne dom. du Cange Glossar. ed. Paris. 1733.: Tom. III. col. 1190.: hormesta. Tom. IV. col. 1394.: ormesta. Nihil novi.

[Blumenbach: antiquitt. epiphanior. Lips. 1737. p. 11. (sec. Harles.) non vidi.]

Havercamp. Fabricium laudat, ipse de miseria mundi praefert omnibus aliis.

Funccius (de veg. lat. ling. senect. etc.) alior. collegit coniecturas.

Fabricius bibll. latt. (impr. med. et inf. lat. ed. Mansi) alior. composuit coniecturas, inter quas novam inveni: hormla = historia miscella?

Hamberger (zuverlässige Nachrichten etc.) codd. nonnullor. „de ormesia mundi" corruptum putat ex „de miseria mundi."

I. H. Withof (relatt. Duisburgens.? 1762. no. 47 — 52.) vocem hormesta conflatam censet e P. Or. moesta mundi, h. e. Pauli Orosii moesta mundi (sec. Saxe onomastic.), id quod iam Frischius edidit.

Ubinam Iuretus ad Symmachum de hormesta quid prodiderit, non vidi equidem; in conspectum meum plane non venit, praeter supra significatos, P. Colomesius ad catal. mss. Is. Vossii p. 867. (is atque Iuretus ap. Fabric. bibl. med. et inf. Lat.), itemque praecedentium nonnulli, quorum tamen opiniones locosque secundum alios adscripsi. Si aliqui plane me fugerint, venia sit. Equidem in titulo historiarum Orosii hodierno, qui sane operi omnium aptissimus videtur, ac multis codicibus vetustis eundem fere, aut simillimos [12]) suppeditantibus iuvatur, acquiescam.

12) Cf. Montfaucon. pl. in loc. et St. Croix, exam. crit. etc. p. 121. not. 5.

INDEX.